
3 1761 07828584 8

CONSTITVTIONES INSIGNIS, ET COLLEGIATAE ECCLESIÆ SANCTI LAVRENTII FLORENT.




FLORENTIÆ,

Apud Zenobium Pignonium.

M. DC. XVII.





INDEX CAPITVM CONSTITVTIONVM INSIGNIS, ET COLLEGIATÆ ECCLESIÆ SANCTI LAVRENTII de Florentia.



De

De

De



IN NOMINE SANCTISSIMAE, ATQVE INDIVIDVÆ TRINITATIS.

Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, nec non Beatissimæ Virginis matris Mariæ, & Sanctissimi Patris nostri Laurentij Martyris, & aliorum omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei Amen.





LORIOSISSIMI Martyris Laurentij antiquissima Ecclesia olim ad instar Ecclesię ipsi dicatę in alma Vrbe Roma extrà męnia Florentinę Ciuitatis nobiliter cōstructa, quę à diuo Ambrosio Mediolanensi Episcopo, ac Ecclesię Catholicę lumine, & Doctore proprijs manibus post annos à partu Virginis circiter quadringētos fuit solem-

niter consecrata, sacrisque muneribus deinde decorata, ea ipsa est; cum donasset Ecclesię prędictę plures insignes reliquias, & pręsertim corpora Sancti Marci Papæ; & martyris, Sancti Amati Abbatis, & Sanctæ Concordiæ martyris, quę in pręsenti tempore vnà cum multis alijs sanctissimis reliquijs à Leone X. Summo Pontifice de Ciuitate Constantinopoli Romam translatis; & à Clemente Septimo deinde Ecclesię diui Laurentij donatis venerabiliter ibi conseruantur.

In qua etiam Sanctus Zenobius Florentinæ Ciuitatis Episcopus sępissimè ob maximã deuotionem, & reuerentiam commoratus fuit: In cuius rei memoriam etiam ad pręsens conseruatur Imago gloriosissimę Virginis, quam ipse in secreto Cubiculo reuerenter; & deuotè retinebat: In eaque post mortem per plures annos suum Corpus requieuit; & exindè dum ad Metropolitanam ferebatur Ecclesiam; pręclarum extat illud miraculum; quod Feretro in quo sacrum corpus iacuerat tangente aridam vlmum statim floridam apparuit, ad quam perrẽnem memoriam columna lapidea loco arboris, si-

cuti

cuti nunc habetur apposita fuit. Quæ Ecclesia postea; vt rerum humanarum communis calamitas sępissime accidere solet, combusta; & penè eruta fuit. Sed Clemētissimus Deus, qui nunquam fideles suos derelinquit, nec deserit; in cordibus Nobilissimorum, & Religiosissimorum Illustrissimę Familię Medicceę Virorum inspirauit, vt Ecclesiam ipsam ipsi Gloriosissimo Martyri denuo reedificassent; qua sancta inspiratione deuotissimè recepta in hanc nobilissimam formam sicuti nunc est à fundamentis magnificentissime construxèrunt. Adest in ea quemadmodum etiam olim erat maximus numerus Clericorum seruientium ob quod a maioribus nostris, varijs temporibus plura decreta, & cōstitutiones emanarunt, vt tota familia regulam, & modum optimum Diuina celebrādi, ac vitā, & mores componendi, haberet. Sed cum notissimū sit humanas res vicissitudini; ac mutationi subesse, sicque olim erant idonea minimè nunc apta videntur; nōnulla etiam abrogata; & quasi in obliuione demissa sunt. Idcircò cum matura, ac diligenti discussione pluries capitulum legittimè cō

gregatum; ac sępè sępius cum admodum Illustri, & Reuerendissimo D. Cosimo ex Comitibus Gherardeschę Episcopo Collensi, ad hoc specialiter à S. C. S. requisito. Reformationes omnes discussas, & communicatas, & ab admodum Illustribus, & Clarissimis Dominis Locumtenenti; & Operarijs eiusdem Ecclesiæ visas Constitutiones istas nouas, siuè veteres repurgatas, & expolitas emanare; & in lucem edere statuit, & decreuit, nihil aliud antè oculos habens, nisi Dei optimi maximi cultum; pacemquè, & tranquillitatem totius Laurentianę Familiæ.


Idcircò nos Prior, & Canonici omnes Ecclesię nostræ Collegiatæ Insignis Sancti Laurentij videlicet.

Admodum R. D. Ventura de Venturis Prior.
R. D. *Ioannes Baptista de Seriacopis*
R. D. *Niccolaus Brunettius*
R. D. *Franciscus Petrellius*
R. D. *Philippus Fontanius*
R. D. *Petrus Fansanius*
R. D. *Albizzus Vecchius*
R. D. *Alexander Carpantius*

R. D.


R. D. Marcus à Gagliano
R. D. Petrus Paulus Saluius
R. D. Sebaſtianus Bigatius
R. D. Fabius Magnanius
R. D. Franciſcus Fabbronius
R. D. Coſmus Bottegarius.

Has Cõſtitutiones, & decreta à D. Priore, Canonicis, Cappellanis, Subſtitutis, Clericis, & ab omnibus Eccleſię pręfatę quomodocũque Miniſtris inuiolabiliter obſeruanda mandamus, abrogantes, & omnino abolentes omnes, & quaſcunque Conſtitutiones, & reformationes vſque in pręſentem diem editas, & emiſſas, adeo vt deinceps ſolum contenta; & expreſſa in pręſenti Codice in futuris temporibus perpetuò obſeruẽtur. Suſcipiat igitur iſta decreta; & conſtitutiones tota Familia Laurentiana hilari animo, religioſa voluntate, & pio corde, quia in cuſtodiendis illis retributio multa.



De

De Prælatura, et dignitate nostræ Ecclesiæ ex Priuilegio Leonis X.P.M. Cap. I.





EO Medices eius nominis X. Pont. M. volens hanc sui Iuris Patronatus Ecclesiam, ac eiusdem Priorem, Canonicos; & Cappellanos pro tempore existentes specialis honoris, & fauoris prærogatiua decorare pro vt constat diplomate florent. Dato anno 1515. alijsque literis Apostolicis in forma breuis anno 1520 quæ in nostro Archiuio conseruantur, dictum Priorem in Romanæ Sedis Notarium gratiosè recepit, aliorumque dictę Sedis Notariorum numero cũ omnibus; & singulis eorum exemptionibus immunitatibus; & facultatibus, aggregauit, habitumque deferre posse concessit instar prę latorum maioris Ecclesię florent. quo vtuntur tàm in Ecclesia quam extrà dum capitulariter incedunt, seù eos in futurum deferre contigerit, atque in Natiuitatis, & Resurre-


ctio-

ctionis Dominicę, Pentecostes, Laurentij Patris nostri, Cosmę, & Damiani, ac Sanctorum omnium Festiuitatibus, & in Defunctorum commemoratione Mitra, Baculo, Anulo pastorali, atque alijs Pontificalibus insignibus vti posse, ac in eis in nostra dumtaxat Ecclesia celebrare, existente tamen in Ciuitate Archiepiscopo Florentino de eius licentia, atq; etiam in dictis diebus post Vesperarum, Matutinorum, & Missarum solemnia, solẽnem benedictionem interessentibus, ac dierum XXV. indulgentiam, etiam si adessent alij Antistites, dummodo ibidem non intersit Florentinus Archiepiscopus, elargiri. Eamdemque Ecclesiam si sanguinis, vel seminis effusione polluta fuerit reconciliare; & aquã pro recõciliatione prędicta per se ipsum: necnon in quibus Sacro sancta Domini Eucharistia conseruatur, & alia vasa, & vestes Sacerdotales, aliaque vestimenta Ecclesiastica licite, & libere benedicere. Capitulum in quibuscunque processionibus publicis, & priuatis Crucem deferre. Canonicos, & Cappellanos, & substitutos almutias, vt olim Canonici, & Cappellani maioris Ecclesię tàm
in

in Ecclesia, quam extra in processionibus, funeralibus, alijsque actibus publicis respectiue gestare. Cantores vti baculis instar Cathedralium Cantorum in sua Parocchia, & extra dummodo ibidem Capitulum maioris Ecclesię non existat. Quodque causę Priori, & Canonicis pro tempore existentibus, sicuti Canonicis Cathedralibus per Sedẽ Apostolicã, & eius legatos commicti posśint, processus, & sententiæ per eos pro tempore aliàs ritè habiti, & latę validi; & efficaces habeantur in omnibus, & per omnia, ac si ipsi Canonici Laurentiani Cathedrales forent. Et insuper Gregorius xiij. Pont. Max. suis literis ex Vrbe datis anno 1583. Canonicos habitum deferre concesśit ad instar Canonicorum maioris Ecclesiæ Florentinę non tamen violacei, sed nigri coloris. Quę priuilegia dignitates, & authoritates in hanc constitutionem ideo coniecimus, vt quicquid ad singulos spectet quomodo se quisque in gradu gerere debeat in memoriam reduceremus.

De

De Capituli Authoritate, & qui veniant appellatione Capituli. Cap. II.




IAM diù per conſtitutiones, & decreta omnia, quibus noſtra Eccleſia gubernata eſt, inualuit, quod Prior noſter, & Canonici pacificè poſsidētes, prębendamque integraliter aſſequuti, conſtituti in Sacris, non minores annis viginti duobus, numero non pauciores octo, & in reſidentijs ſolitis legitimè congregati, etiam ſi Prior aliquo negotio detentus, aut intereſſe nolens abfuerit, eius partes Camerariorum altero, & poſt eos vno ex Canonicis ſuccelsiuè, & ordine antiquioris ſupplente appellatione Capituli veniant; & comprehendantur. id quod confirmamus, & confirmando ſancimus, penes quos ſit omnis authoritas, & poteſtas libera, & abſoluta generaliter, & ſpecialiter iuxta conſtitutionum noſtrarum ſanctiones, determinandi, deliberandi, gubernandi per ſe, & per mini-

ſtros, & omni modo diſponendi omnia & ſingula negotia; & circa ea in totum, vel ex parte rerum tam temporalium, quàm ſpiritualium: ad Capitulum, & Eccleſiam noſtram qualitercumque & quomodocumque ſpectantia & pertinentia. Ita vt omnibus alijs authoritatibus, & poteſtatibus officialium, aliarumque perſonarum à noſtro Capitulo dependentium prȩualeant & antecellant. Ad ipſos ſpectet officialium creatio tempore congruo, ſcribȩ noſtri electio, ſalariorum quorumque taxatio, ſubſtitutorum, Magiſtri, & clericorum qui adſcripti dicuntur admiſsio & acceptatio, Nec non vicerectorum in noſtris annexis geſtorum factorum & cuiuſcunque generis agentium deputatio; Primi conſtitutiones & decreta noſtra ſincère & inuiolabiliter obſeruare debent; curareque vt ſimiliter ab aliis obſeruentur. Ius habent nihilominus ſi ex nouo ritu viuẽdi, aut alia noſtrȩ Eccleſiȩ vtilitate & decore poſceretur eas ipſas, & earum quaslibet abrogandi, nouas alias ſanciendi, ſancitarum defectus ſupplendi, cum interuentu tamen & aſſenſu dominorum Operariorum pro tempore

pore existentium & Ordinarij approbatione castigandi excessus, ambiguitates, difficilia, obscuriora earumdem, & dubia declarandi & interpretandi, consentientibus tamen in hoc ordinario, & nostrę Ecclesię Conseruatoribus, pro vt in constitutione de eorum officio continetur, Nec non absentiam petentibus concedendi pro quolibet temporis spacio, iuxta formam sacrorum canonum Capellanis & substitutis ne punctentur tantum, sed non vt lucrentur, infra quod si dimissi ad seruiendum redierint eo ipso licentia ipsa finita intelligatur. Possint insuper distributiones pro necessitate temporis, & Capitularis Massę nostrae possibilitate minuere, & augere, & eis, alijsque debitis nostri Capituli solutis, si quid ex prouentibus, siue redditibus super fuerit, conseruetur a distributore ad dispositionem Capituli. Errantes corrigant: omnesque nostrae Ecclesię personas minus honestè sé habentes, tam circa diuinum cultum, quàm circa negotia in totum vel ex parte Capitulum ipsum vtique tangentia, aut secundum pręscriptas in constitutionibus pœnas, aut vbi pęnae praescriptę non sunt, secun


dum delicti mẽsuram suo iure atque authoritate etiam si denumero officialium delinquentes sint, corrigere, punire, distributionibus priuare ab officio suspendere, eoque officio si quempiam tanta pęna dignum inuenerint spoliare, & ad idem alium subrogare; pęnasque vt supra imponere, dummodo capitulares tantum sint. Pecuniarias etiam pęnas pro arbitrio, rationabili tamèn causa existente, imponere, prosequi, & exigere. Quarum pęnarum tam a Capitulo quam a Priore, & Camerarijs, & Constitutionibus inflictarum, nullus gratiam obtinere possit nisi a dicto Capitulo, tribus ex quatuor partibus approbantibus. Et cum sit quòd aliàs etiam extra ea ad Capitulum spectantia, delinquentes ex nostra familia pro delicti merito à Capitulo puniti, & castigati fuerint, & propter hoc ab Ordinario Archiepiscopalis Curię eorum crimina vlterius non recognita, statuimus Capitulum in huiusmodi posse procedere, hac tamen conditione, quòd si post pęnam ab ipso delinquenti inflictam, eundem Ordinarius, siue Iudex quilibet delegatus pro eodem delicto recognosceret, pęnasque infli-

infligeret, tunc & eo casu sic punitus a Capituli pęna absolutus esse intelligatur. Quod ipsum etiam de dignitate prioris statutum esse decernimus. Id ipsum Capitulum, & non alij vllo vnquàm modo possit facere emptiones, venditiones, permutationes, emphitheoses, siue liuella, alienationes quaslibet, & locationes vltra triennium si fuerint in euidentem vtilitatem, DD. Conseruatoribus nihilominus consentientibus, & approbantibus, & non aliter, & his seruatis quæ in rebus Ecclesiæ vendendis seu alienandis seruari decet; hoc est saluo semper Sedis Apostolicæ beneplacito:



De

De Capitulo conuocando & alijs quæ in eo requiruntur, & de modo scrutandi vota. Cap. III.





RO gerendis, ac pertractandis domus nostrę negotijs, decernimus, quòd singulis quartis ferijs post vesperas sine alia intimatione Capitulum congregetur in loco solito, & non alibi, nisi forte acciderit aut Prioris, aut alicuius Canonici ęgritudo, aut alia vrgèret necessitas; tunc enim volumus ad Prioris & Camerariorum vel antiquioris Canonici arbitrium aliò posse conuocari. Alijs vero diebus si negotiorum necessitas vrgeat, Prioris nominè vel eo absente, vel requisito nolente, ad requisitionem alterius Camerariorum, vel dicti Canonici possit haberi, citatis per clericum in choro existentibus Canonicis vna die pro altera, & pro tempore etiam propiori pro vt negotium expetierit, dummodo eo tempore, quo in choro di-

ro di-

ro diuina officia celebrantur, Capitulum non habeatur, nisi aliquid occurrat quod moram non patiatur. Si vero de aliquo magno momento tractandum fuerit, vt potè de nouorum Canonicatuum siue Cappellaniarum erectione, de alteratione constitutionum, secundum superioris Capituli dispositionem, de augendis vel minuendis distributionibus, de alienandis bonis, vendendisque, de creandis nouis officialibus, & huiusmodi, de quibus stetur Capituli declarationi an talem diligentiam mereantur. Citentur Capituli sumptibus, vel saltem diligentia, omnes existentes in ciuitate, siue personaliter, siue ad eorum habitationem, nec non ab vrbe distantes per viginti miliaria, dato illis conueniente temporis interuallo, citatique teneantur omnes interesse nisi legitimo impedimento detenti. De Capitulo vero recedentes antequam dimittatur nisi obtenta licentia à Priore & Capitulo, voce actiua & passiua careant mense integro.
Quotiescunque autem Capitulum habendũ est, qui eidem Capitulo non interuenerit horæ vltimæ dictum Capitulum pręcedentis distri-

ſtributionem amittat ſiue Prior ſiue Canonicus fuerit. A paucioribus octo, ſuo loco & ordine ſedentibus, negotia tranſigi, votorũque fabę reddi non poſsint, nec ipſe fabę alij ab alio abſente delegari, in quibus contribuendis non ſit Prior ipſe potior altero ex Canonicis, ſed ſinguli ſingulas tribuant, & coopertas, ita vt non videantur. Miniſtri vrnarum ſimiliter eas clauſa manu recipiant, & abſconditas mittant in vrnam. Qui diſcoopertam dederit, aut coopertam accipiẽs manifeſtauerit octo dierum diſtributionibus pro qualibet vice condemnatus veniat ſine alia declaratione a Capitulo facienda. In ſingulis rogationibus, hoc eſt partitis votorum, vrnæ ante Priorem coram omnibus exhibeantur, albæ, & nigrę ſeorſum numerentur, & manifeſtentur, præterquam in ea de creando Priore, in qua ſecretarios adhiberi volumus, prout in eius particulari conſtitutione continetur. Si Prior interfuerit ſolus proponendi habeat facultatem, verum ſi quid forte contigerit, quod Canonicis, vel cuiuis eorum, proponendum maxime videatur. Prior à Canonicis rogatus, illud

propo-

proponere, & Capituli vota perſcrutari teneatur, ſed ſi Prior illius modi rei quaſi in expectatę nullam cognitionem habens velit ſuam in illa cogitationem aliquandiù ponere, vt quicquid agitur conſultius, conſideratiuſque agatur, tunc ſibi liberum, ſolutumque ſit, rem de qua in diſceptationem ventum ſit in proximam tãtum Capituli cõgregationem differe; ſed eamdem proponere ſi recuſet Prior, tunc Curatorum alteri antiquiorum officij ratione, vel Canonicorum antiquiori ſucceſsiuè ſit relictus proponendi locus,& omnis data facultas,iuxtà reſcriptum Sereniſſimi Magni Ducis. Sententię primum rogentur in vocem ſigillatim ab antiquioribus procedendo, deinde ad diſceſſionem veniatur, itaque nulla deliberatio fieri poſſit niſi capitulariter congregato Capitulo,& non verbaliter; ſed cum fabis more ſolito; Canonicorum nouiſsimus vrnam circumferẽs fabas colligat. Omnia firma, & rata ſancientes; quę obtenta fuerint duabus partibus cõſentiẽtibus tripartiti Capituli pręterquam in illis rogationibus de quibus aliter in ſpeciem diſponeretur; Declarantes quod ſententia

 bis pro-

bis propoſita nec per duas votorum partes obtenta, ea die vlterius proponi non poſſit. Si vero duabus alijs congregationibus poſt primam congregationem non pręualuerit, de ea amplius nulla habeatur mentio niſi anno elapſo. Sed cum ſit quod aliquando negotium poſſet accidere, quod ſine euidenti damno; ſiue dedecore noſtrę Eccleſiæ differri non poſſet, expeditionemque expeteret ſubitariam, epidimię, bellique pręſertim temporibus, eo caſu tantum, & non aliter, quo videlicet abſentes ad tempus citari non poſſent, ſeù peſtis ſuſpicione detenti, ſeù bello non inuenirentur, etiam abſente Canonicorum numero, qui Capitulum repręſentant, Priorem, & Canonicos etiam abſque Priore, qui pręſentes extiterint poſſe tranſigere ſtatuimus, & decernimus, & ſic tranſactum eam vim roboris habere, ac ſi per totum Collegium factum fuerit. Omnis autem de cuius intereſſe tractari contigerit, etiam ſi de Capitulo fuerit, dum ſententiæ rogantur, & vota redduntur, præſens non ſit, ſed quoniam quadrageſimali tempore cantantur Veſperę poſt Miſſarum celebrationē;


ſtatui-

ſtatuimus eo tempore Capitulum colligendum poſt prandium ad ſonum Campanulæ quam Boninam appellant per Clericum pulſandam. Hortamur igitur; & monemus omnes, & ſingulos qui hac veniunt appellatione, vt pacifice, & concorditer in Capitulo agant, quæ agenda ſunt nullis affectibus inuoluti, ſed ſolum prę oculis Dei honorem, & Eccleſię noſtrę decus, & Sacerdotij dignitatem habentes. Quod ſiquid (quod Deus auertat) iniurioſe, & cum rixa per aliquem dictum, factum inlatumque fuerit in Collegio ſic congregato Capituli arbitrio puniatur; & pręter punitionem vocem amittat duobus menſibus.



De

De eligendo Priore, & ad quos spectet electio, & confirmatio. Cap. IIII.





ATRONI nostri Medices Illustrissimi, COSMAS SENIOR, eiusque nepos LAURENTIVS, atque huius filij IOANNES CARDINALIS, qui postea adsumptus fuit ad PONTIFICATVM sub LEONIS X. nomine, IVLIANVS, & ex PETRO fratre LAVRENTIVS IVNIOR, sibi aliquibus Parochianis adiunctis, huic suæ Ecclesię, quam tanto sumptu à fundamentis erexerant, bonisque ditauerant, de opportuno ordine prouidere volentes, à PIO ij. SIXTO iiij. & IVLIO similiter ij. eorum nominum PONTIFICIBVS Max. inter alia dictæ Ecclesię ornamento; & vtilitati vertentia, specialem gratiā impetrauerunt, & de bonitate Sedis Apostolicæ obtinuerunt, vt in eorum Diploma-

tibus

tibus videri poteſt in Archiuio noſtro repoſitis, quod in electione noui Prioris infraſcripto modo, & ordine procederetur videlicet.

Conueniant cum Canonicis, & Capitulo ex ſingulis Cognationibns, ſiue familijs tunc in Communi, ſiue in eorum ſtirpe ius patronatus habentes alicuius Canonicatus Prębendæ, ſeu Capellaniæ in noſtra Eccleſia ſitę, Ciues Antiquiores, legitimi; & naturales, nec minores annis decem, & octo, ſiue infrà, ſiuè extrà Parochiam habitauerint, & ſiquis alius fuerit de eiſdem cognationibus aliquod ius patronatus habens, vt præſertur, ad ſe particulariter pertinens conditionum ſupradictarum. xij alijs additis ex melioribus Parochianis gradu, aut dignitate prętantioribus vnus tantum pro qualibet familia, & cognatione extra tamen cognationes, quæ ius patronatus habuerint, vt prępertur, exiſtentibus. Qui omnes ſimul ſic congregati diuino prius auxilio, gratiaque Spiritus Sancti implorata, hac forma ſeruata, Priorem eligant. Canonici antè omnia inter ſe tantum ſe ipſos omnes, & ſingulos etiam abſentes

pro

pro futuro eligendo Priore; & si eis videbitur etiam alios, vt in bullis Pij Secundi, & Iulij Secundi, ad partitum mittant. Et duo,vel tres ad plus ex omnibus, qui ad partitum missi fuerint, qui plures habuerint fabas nigras, Collegio posteà tam ipsorum Canonicorum, quàm supradictorum Ciuium proponantur, & ad partitum mittantur, sed qui vicerit in suffragijs, Prior dictæ Ecclesię electus existat, quod si renunciauerit, iteretur eadem forma à principio, donec qui acceptauerit inueniatur; sic electus per dictos Canonicos,siuè per eorum duos ab alijs man datum habentes, Archiepiscopo nostro, siue eius in Spiritualibus Vicario, ad quem eius electionis confirmationem præfati Sanctissimi spectare voluerunt, confirmandus, atque instituendus præsentetur. Quem modum, & formam electionis supradictam, quam nulli hominum infringere licet, vel ei ausu temerario contraire nisi indignationem omnipotentis Dei incurrat, contràque dispositionem, voluntatem, & sententiam faciat dictorum Illustrissimorum de Medicis, quibus tot dignitates, tot bona, tot beneficia

acce-

accepta referre debemus, & referimus, tanquam ſanctam omnibus modis rècognoſcimus laudamus, & approbamus, hoc tantum addentes, quod xij illi præter ius patronatus habentes adijciendi, ad placitum Sereniſſimi Magni Ducis noſtri recipiantur, & ſi renuerit, per Canonicorum Capitulũ eligantur, & Canonicos in Sacerdotio non conſtitutos fabis non fore cenſendos, nec etiam ſupra numerarios appellatos. Partita verò votorum poſtquam reddita fuerint, coram omnibus non publicentur, ſed tantum Sereniſſimi M. Ducis mandatarijs, Sanctę Mariæ Nouę Hoſpitalario, vnique ex Canonicis ordine antiquiori, & Notario Capituli prius in loco remotiori ad ſecretum ſepoſitis; ad quos votorum Vrnę deferantur, & qui nigris fabis prę ualuerit, palam per Notarium prænuncietur, fabas que in vrnas colligant duo ex Capellanis noſtrę Eccleſiæ à Capitulo aduocandi. Quo facto Deo Opt. Max. reddantur gratię. Prior vero ita electus, & ab Archiepiſcopo confirmatus, antequam capiat ſuæ dignitatis poſſeſsionẽ, conſtitutiones noſtras factas, & faciendas, omnes que alias laudabi-

les

les consuetudines iuret se inuiolabiliter obseruaturum. Quibus constitutionibus, & omnibus in eis contentis modis omnibus subiectum esse volumus, & declaramus. Deinde possessu capto, ei Camera consignetur Priorum solita cum horto, & alijs pertinentijs, pro cuius optione, & ingressu, vt in Capitulo de optionibus decernetur, libras soluat sexaginta, & octo Florentinę monetę.
Atque intra duos menses à die suę promotionis libras alias similes ducentas, & octuaginta pro duobus Pluuialibus conficiendis, siue alijs sacris vestibus, aut ornamentis pro vt Sacristiæ nostræ oportunum fuerit, & magis commodum ad declarationem Capituli, dummodo sic expendantur, Distributori nostro soluere teneatur. Possit tamen in huiusmodi solutionibus gaudere priuilegio Canonicorum, vt latius dicetur in Capitulo de eorum acceptatione. Recipiat insuper, & Prębendam solitam, & sui Prioratus propriam recognoscat, sine aliqua alia nostrę mensę capitulari solutione facienda, qualis, & quanta in libro nostro qui dicitur Campioncinius describitur.

Qui

Qui verò, & ex quibus familijs, seù cognationibus in nostra Ecclesia hactenus ius patronatus habentibus, & qui ad electionẽ dictã aduocari debẽt infrà ponũtur videlicet.

Tres ex Serenissima Medicea Familia propter Canonicatus duos videlicet S. Cosmę, & S. Ioannis Euangelistæ, & Capellaniam Visitationis Beatissimę Virginis Marię.

Vnus ex Magnificis Officialibus Artis Cãbij Ciuitatis Florentiæ propter Capellaniam Sancti Donati Martiris.

Vnus ex Officialibus Bigalli propter Capellaniam Sancti Benedicti per Iulianum, & Benedictum de Maianis.

Hospitalarius Sanctę Mariæ Nouę propter Capellaniam Cathedræ Santi Petri.

Vnus particulariter ex hęredibus Magnifici Bernardetti de Medicis propter Capellaniam S. Bernardi.

Capellanus Ecclesię nostræ ordine antiquior propter vocem, quam habet in Capellania Conceptionis Virginis Marię.

Tres ex nobili familia Neronum propter Canonicatum vnum, & Capellanias duas videlicet. Sancti Laurentij, & Sancti Leonar-

 di, &

di, & post mortem Francisci Caroli de Neronibus, Clarissimus D. Raphael Francisci Medices, vel duo ex eius hęredibus propter Canonicatum vnum, & Capellaniam Sancti Laurentij, & Clarissimus D. Nicolaus Clarissimi D. Philippi Antellensis, vel vnus ex eius hæredibus propter Capellaniam Sancti Leonardi, ius habentes à dicto Francisco Neronio vltimo de dicta familia.

Vnus ex Nobilibus de Guicciardinis, ius habentibus ab Hospitalario Sanctæ Mariæ Nouę in Capellania Sanctissimi Corporis Christi.

Vnus ex Nobilibus de Rodulphis ius habentibus a Ciarijs propter Capellaniam Sancti Bernardi.

Vnus ex Magnificis hęredibus Nicolai Stuphę propter Canonicatum Sancti Andreę.

Vnus ex Nobilibus hæredibus Domini Aloysij Stufę, sed natu maior, propter Capellaniam Sancti Andreæ.

Vnus ex hęredibus quondam Bernardi de Ginoris propter Capellaniam Sancti Hieronymi.

Vnus ex hæredibus Thomę Ioannis Baptistæ

ptistę de Ginoris propter Capellaniam Sancti Nicolai.

Vnus ex hęredibus Caroli de Ginoris propter Capellaniam Sancti Ioseph.

Vnus ex familia Inghiranorum propter Capellaniam Sancti Laurentij in alto.

Vnus ex hęredibus Francisci de Taddeis propter Capellaniam Sancti Antonij.

Duo ex familia Aldobrandinorum propter Canonicatum vnum, & Capellaniam vnam, videlicet Conceptionis Virginis Mariæ.

Duo ex familia de Rondinellis propter Capellanias duas Sanctorum Hieronymi, & Concordię.

Vnus ex hęredibus Honofrij de Cambinis propter Capellaniam Sancti Hieronymi ad altare Crucifixi.

Vnus idest maior ex hęredibus Vgolini de Martellis, siue maior ex hęredibus Petri Ioannis de Ricasolis, videlicet alternatim propter vnicam Capellaniam Conceptionis Virginis Marię.

Vnus ex Vgorum familia propter Capellaniam S. Antonij ad Crucifixũ nũcupatam.

*V*nus ex familia Guasconum propter Capellaniam S. Hieronymi per Guascones.

*V*nus ex hęredibus Ioannis de Bernardis propter Capellaniam Sanctorum Petri, & Pauli.

*V*nus ex familia de Marignollis propter Capellaniam Sancti Matthei.

*V*nus ex familia Caroli de Bonaiutis propter Capellaniam S. Christophori.

*V*nus ex hæredibus Domini Laurentij de Boccardinis quondam Ecclesiæ nostrę Canonici propter Capellaniam S. Ioseph.

*V*nus illorum de Bigatijs de Cascia propter Capellaniam Sanctorum Petri, & Pauli.

*V*nus ex descendentibus Francisci, Laurentij de Acone propter vocem vnam, quã habet in Capellania Sanctorum Philippi, & Iacobi.

*V*nus ex hęredibus Iuliani, & Marci de Gianis, Ius habentibus ab hæredibus Francisci Marci Lucæ, propter Capellaniam Sancti Iuliani.

*V*nus ex hęredibus Ser Laurẽtij de Pesciola propter Capellaniam Sanctorum Marię, & Iuliani.

*V*nus

Vnus illorum de Zuta propter Capellaniam Sanctorum Marię, & Ioannis.


Vnus ex procuratoribus pauperum, vt vulgo dicuntur, i buoni huomini di S. Martino propter Capellaniam Sanctissimi Crucifixi ad altare Sanctæ Concordię in inferiori Ecclesia.

Vnus ex hæredibus Domini Francisci Nicolai de Medicis propter Capellaniam ad altare decem millium Crucifixorum.

Volumus autē quod antequam ordo electionis incipiat postquam ad Deum præces solitas (vt prędicitur) fuderint, alta voce per Notarium nostrum pręsens constitutio legatur, & prędicti omnes, & singuli recenseantur, qui soli, vt diplomate Apostolico continentur, ad dictam electionem admittantur, & alij omnes dimittantur.

De

De Officio, & Potestate Prioris. Cap. V.




ONSVETVDINE præscripta, pro definito habemus, curam Ecclesię nostrę ad Priorem, tãquam Patrem, & Caput totius familię Laurentianę perpetuo attinere, non solum pro animabus curandis, diuinorumque Officiorum ordine, aliarumque rerum spiritualium conseruando; sed etiam pro rebus temporalibus tàm mobilium quàm immobilium iuxtà tamen constitutionum nostrarum sanctiones exequendis, & administrandis, quamuis a Capitulo Officiales in specië eligantur. Quapropter hæc omnia ad suam pertinere sollicitudinem scire debet, omnia libentissime subire onera, singula audire, & quibuslibet diligenter inuigilare, satagereque in primis dictarum animarum curę, vt confessiones audiantur, sacramenta administrentur, infirmi visitentur, Missę, & Offi-

Officia in Choro canenda, aliaque omnia diuini cultus deuote, & religiosè celebrentur: Ad eum insuper rerum agendarum cau sę omnes referri debent. Is poscentibus negotijs, ius habet Canonicorum Capitulum conuocandi; Quæcunque acciderint proponendi: sententias poscendi: suffragijs, ac decretis agenda, vel non agenda cum illis, & non alias, nec alio modo decernendi, vt latius in Constitutione de modo scrutandi vota, & de conuocando Capitulo continetur. Sit cum Camerarijs, vt Camerarius, & cum singulis alijs Officialibus, vt Officialis tanquam, & cum pari potestate, nec in strenis, aut emolumentis aliquem Camerariorum excedat. Hos videlicet sępissime admonendo, & vt collega postulet sui officij rationes, an rectè administrent, si quid incuria factumque perperam inuenerit, corrigat, & reducat, si non poterit referat ad Capitulum: Cum Camerarijs tamen ita se gerat, vt omnibus, & singulis intersit negotijs, illorumque trium concordi consensu omnia perficiantur, & nisi conueniant capitulo deciden da proponantur; cuius Capituli determina-

tioni

tioni ſtari volumus, nec integrum eſſe eorũ cuilibet propria auctoritate etiam minima determinare, iuxta Sereniſsimi Magni Ducis reſcriptum. Curę deputatos ab eo totaliter dependentes, & eorum ſingulos cum Camerarijs amouere, & alios loco eorum reponere poſſit, ſi duo ex tribus conſenſerint. Nulli contractus, nullæ ſcriptę vim contractus habentes: nullę conuentiones à Camerarijs fieri poſſint, etiam de rebus minimis, niſi interfuerit, & in eius pręſentia, quando adfuerit, ſtipulentur; ſtatuimus enim ſi abfuerit, aut adeſſe noluerit, ne res detrimentum capiant, Camerarios duos paſciſci poſſe, & contrahere cum expreſſo tamen conſenſu Capituli. Omnia Iuramenta capitularia tantum in manibus eius pręſtentur. Siquis noſtrę familiæ in habitu condecenti, ſiue tonſura deferenda deficeret, aut à morum condecentia quouis modo domi, foriſque, recederet: nec ea ſe gereret reuerentia in Choro, ſacro aditu, & Eccleſia, qua decet bonos Sacerdotes, & pro vt in Capitulo de bonis moribus prouiſum eſt: vel ab iniuncto mandato, aut officio deuiaret, illum

frater-


fraterne admonere valeat, & corrigere; lites componat, ſedet diſcordias, ſi quę (quod Deus auertat) inter prędictos exorirentur. Demum rebelles omnes, errantes, ſcandoloſos, inobedientes, iurgioſosque punire valeat ſuſpendendo à diſtributionibus ſuo Iure, & auctoritate propria per dies octo; Pęnaſque imponere pecuniarias ſolus vſque ad ſummam librarum quatuor, & octo cũ dictis Camerarijs videlicet pro delicti menſura, & toties, quoties aberrauerint In quibus condennationibus, & mulctis, ſi quis ſe grauatum ſenſerit, appellationem habeat ad Capitulum. In grauioribus verò, ſi Capitulum negligens fuerit, Prior ſimul cum Camerarijs adhibeat dictos Operarios, qui inſimul re diligentius cognita, & perpenſa, ſumpta ſũmaria informatione totius facti, referat ad Reuerendiſſimum D. Vicarium, qui depręhenſa Prioris negligentia, non ſolum in nocentes, & culpabiles; ſed etiam in eum pro modo culpę animaduertat. Quando vero in Feſtiuitatibus, Vigilijs, Quatuor temporibus, Quadrageſima, & pręcipuè in maiori Hebdomada, & tribus diebus ſe-

quentibus, Curę deputati audiendis confesſionibus, & reconciliationibus non ſufficiũt, ſtatuimus eum quibuſcunque ab Ordinario approbatis præcipere, & mandare poſſe, & tale onus iniungere, & contumaces pro delicto priuare diſtributionibus, & obuentionibus in partem, vel in totum dierum illorum, & vlterius, pro vt ſupra diſponitur. Declarantes nihilominus eum pęnis huiuſmodi in Canonicos non poſſe procedere, quos Capitulo remittendos poſt Prioris correctionem volumus, & ſtatuimus. Poſſit etiam humiliter petenti iuxtà formam Sacrorum Canonum Capellanis, & Subſtitutis ne punctentur tantum, ſed non vt lucrentur, abſentiam concedere ſine Miſſarum defraudatione dierum vſque ad octo ſuo Iure, & vſque ad quindecim cum Camerarijs ſimul conſentientibus, hac tamen conditione, vt eidem licentiam huiuſmodi dari non poſſit, ſiue poſſint, niſi integro elapſo menſe ab ipſa prima conceſſione. De alijs ſpecialiter ad ſuum officium pertinentibus dicetur infra locis congruis, & obiter occurrentibus. Cæterum eſt vt Priorem Canonici omnes, Capellani ſub-

ſtituti,

ſtituti, Clerici, Miniſtri, Agentes quot quot, & quomodolibet noſtrę Eccleſię ſeruientes tamquam Superiorem, & Patrem intueantur venerentur, huic obſequantur, pareant, & obediant.

De Conſeruatorum officio, & eorum electione. Cap. VI.





LLVSTRISSIMVS noſtræ R. P. Dux Alexander Medic. erga hãc ſuam peculiarem Eccleſiam pietate affectus, dum in humanis ageret, vt eius facultates conſeruarentur, & augerentur, atque earum redditus, & prouentus ea qua poſſet integriori fide, & diligentia cuſtodirentur, duos Ciues Laycos ex noſtra Parochia vt plurimum, deputauit, Laurentianę maſſæ Conſeruatores, Officij eorum durationem ſuę reſeruans declarationi, cui inhęrendo Sereniſſimus Magnus Dux Coſimus Primus, duos alios addidit; & quatuor eſſe voluit. De qua tàm con-

ducibili prouisione, & ei qui instituit, & Serenissimo Cosmo Medices eius successori nõ minori religionis zelo manutenenti, referimus gratias, & tamquam sanctam nostræ Ecclesiæ valdè vtilem, & necessariam acceptamus, & volumus. Declarantes ad eorum Officium spectare à bonis Magnorum Ducum mentibus non recedendo; Vt constitutiones per Capitulum factæ, & faciendæ inuiolabiliter obseruentur, neque illis derogetur sine eorum participatione, & expressa Ordinarij licentia in scriptis obtempta. Distributiones singulis mensibus more solito persoluantur, nec eis inscijs minuantur, vel augeantur. Fructus, Pensiones, obuentiones aliæ à Camerarijs, & Distributoribus, à Capitulo pro tempore electis, fideliter colligantur, & exigantur, nec in alios vsus quam nostrę Ecclesię necessarios conuertantur. Possessiones, & ędificia tàm in Vrbe quam extrà conseruentur, ac meliorentur; sine consilio eorum nulla bonorũ alienatio quouis modo vltra triennium fieri possit, nec debeat. Singulis annis Officialium computa, vbi rationes gestorum reddiderint Camerarijs,

rijs, si velint, inspiciant, ex eo quod gesta in vtilitatem Capituli probent, & laudent: si minus ad Capitulum referendo corrigi curent, & emendari. Siquis negotium habens cum Capitulo grauaretur, ad eos recurrat, vt illius auditis Iuribus, & ad idem Capitulum relatis, pro iustitia ad ęquitatis terminos reducantur. In Capitulum quotiescunque voluerint, venire possint, ac de omnibus occurrentibus loqui, ipsi tamen Capitulo discussionem, & omnimodam super propositis decisionem relinquentes: Et generaliter inuigilent, videant, & operentur, ne quid Ecclesia nostra in bonis suis quibuslibet detrimenti capiat, omniaque eius Iura defendant, tamquam Capituli Patres habeantur, & honorentur, & quia Officium ipsorum est in primis præstare Sancta Tecta, & Ædificia Ecclesiæ, & Conuentus; & omnia alia custodire, & manutenere, nullus nec Prior, nec Canonici aut alij quicunque possit circa ea aliquid statuere, aut renouare, absque consilio, participatione, & assensu DD. Operariorum. Qui verò contrafecerit priuetur omnibus fructibus cuiuscunque generis sibi

à dicta

à dicta Ecclesia prouenientibus pro spatio temporis S. C. Serenissimæ bene viso, & quicquid contra hunc ordinem impenderit, de suo proprio impendisse declaretur. Electio autem illorum sic fiat, scilicet, vt quando mors, aut renunciatio alicuius ex ipsis Dominis Operarijs occurrerit, vel quãdo Serenissimo placuerit, singulo quoque triennio, Mense Maio per Capitulum fiat descriptio ad numerum quindecim gradu meliorum, & dignitate præstantiorum Ciuium nostræ Parochiæ non minorum annis quadraginta, qui tamen inter se non sint ex eadem familia, & cognatione, neque cum nostris Canonicis, aut Capellanis alicuius consanguinitatis, aut affinitatis necessitudine vsque ad gradum secũdum inclusiuè coniuncti. Quorum nomina in schedulam referantur; Ducique per Priorem, aut Ducalium aliquem Secretariorum offeratur; Qui pro sua voluntate duos ex eis eligere, officioque pręficere non dedignabitur. Si verò Capitulo electionem remiserit per suffragia eligantur, & votorum plurium obtineat: Huius autem Officij duratio adlibitum Principis

cipis

cipis esse intelligatur. Ad eum nos referentes, & remittentes, si aliter, aut alio modo eos creari, maioris, siuè minoris numeri, vel potestatis esse voluerit. Pro laboris recognitione quotannis eorum cuique à Distributore nostro Xeniola mittantur, videlicet.

In Festo Purificationis eorum vnicuique cereus librarum duarum.

In Festo Sancti Laurentij Vitulinæ carnis vnicuique librę decem.


In Festo omnium Sanctorum vnicuique Anser vnus.

In Dominica Palmarum vnicuique Palmitium, siue Oliuarum Ramus. Et hęc omnia ex rescriptis Serenissimi Magni Ducis.



De

De Collatione Canonicatuum Capituli, & electorum a Laycis tàm ad Canonicatus quam ad Capellanias iuris ipsorum institutione. Cap. VII.






APITE de numero non augendo inferius dicetur, Canonicatus, & præbendas nostrę Ecclesiæ esse XIII. horum ius patronatus, ac præsentandi ad eos, & eorum singulos personas idoneas (exceptis quinque quorum electio merè spectat ad Laycos) Sixtus iiij. literis suis Tibure datis ann. 1473. Illustri Laurentio Medici Petri filio, & quibusdam alijs Parochianis eorumque successoribus Apostolica auctoritate concessit: illosque eorum patronos perinde, ac si ab eis canonicè fundati, & dotati fuissent, cum reseruatione iuris patronatus constituit hoc tamen decreto, vt dum pro tempore vacabunt quemadmodum Pij ij. eius prædecessoris diplomate

plomate dato Romæ Anno 1463. disponitur Prior, & Capitulum vice, & nomine ipsorum Laurētij successorum, Parochianorumque, personas idoneas eligere, & electas Archiepiscopo præsentare debeant, & sint omnino tanquam electiones, & pręsentationes Laycorum, quare statuimus Capitulum nostrum modo supradicto illisque nominibus teneri ad eligendas personas, quæ sint idoneę ad supradictos octo Canonicatus, & Præbendas.

De Pluuialibus, seu alijs ornamentis per nouos Priores, & Canonicos cum recepti fuerint faciendis.
Cap. VIII.





N antiquis Ecclesiæ nostrę libri cōstitutionibus decretum erat, quod quilibet nouus Prior illicò receptus Sacristiæ nostræ solueret Libras Florentinæ monetę. C L. Canonicus vero X C. quæ pecunię in vtilitatem,


& ornamenta dictę Sacristię fuerant conuertendę, siuè pro attritis, ac veteribus resarciendis, siuè per nouis pro vt necessitas exposcere videbatur comparandis. Iam statutum erat vt quolibet è vita migrante siue Priore, siuè Canonico medietas fructuum Prębendę anni vnius cum dimidio dictę Sacristię relaxaretur videlicet pro funere facien do ipsius Prioris, siue Canonici iam defuncti: vel si contigisset Priorem, seu quempiam ex Canonicis alicui resignare Prioratum, vel Canonicatum, nihilominus medietas fructuum præbendæ anni illius Prioris, siue Canonici resignantis conuertenda erat in dictæ Sacristię vtilitatem. At in Constitutionibus pręteritis de anno 1566. duo illa Constituta penitus abrogarunt, & in melius reformarunt. Nos vero illorum institutum secuti, statuimus, ac per pręsentem Constitutionem inuiolabiliter ad periurij pœnam per petuo obseruandam decernimus, atque mãdamus, vt quilibet nouus Prior post vnum, aut alterum mensem à sua creatione teneatur, ac debeat soluere Sacristię nostrę libras 280. videlicet pro duobus pluuialibus, siue

orna-

ornamentis alijs ad beneplacitum Capituli coemendis, vel ipſemet comparet. Canonicus vero 140. pro vno tantum Pluuiali, quod non minoris emi poſſit, vel ſi pluris fuerit emptum id Prioris, ſiuè Canonici qui emerit damno fuerit. Interim tamen fructuũ Prębendæ medietatem minimè retinendam eſſe ſancimus. Declarantes eos ipſa tota, atque integra gaudere potiri, atque frui poſſe, & debere Illud tantum addentes quod ſiquis in mora fuerit ſiue Prior ſiue Canonicus adeo vt ſubterfugere videatur dictarum librarum ſolutionem licet Choro interſit careat tamẽ cunctis diſtributionibus donec, vel vniuerſam pecuniam enumerauerit, vel cum Capitulo pactionem fecerit, vel ſolutionis dilationem obtinuerit. Denique contumaces, & Sacriſtię minime in hac parte ſatis facientes apud Ordinarium cogi, atque compelli volumus, ac mandamus.



De Numero in noſtra Eccleſia deſeruientium, & eo non augendo. Cap. IX.




IN noſtra Collègiata Ecclèſia eſt vnica; & curata dignitas, Prioratus, Canonicatus xiij Capellanię verò diſtributionum participes xxxiij. non participes 16. de quibus dicetur inferius. Horum numerum cum iuxtà Canonicas ſanctiones tot in Eccleſijs ſint ponendi, quot earum redditibus commodè ſubſtentari valeant. Statuimus augeri non poſſe niſi pro Canonicatu ducatorum duo millia, pro Cappellania mille auri in auro larghi ad bona immobilia emenda Maſsęque noſtri Capituli applicanda, & pro dictorum annualibus diſtributionibus per volentem denuo creare Capitulo actualiter enumerentur. Prętęrea per eundem prębendę conſtituantur ex bonis immobilibus, ab omni onere liberis, & quæ nunquam alias fuerint

Eccle-

Ecclesiastica. Ex quorum prouentu au minus ducati similes singulis annis si præbenda fuerit Canonicatus XX. si Cappellaniç XII. percipi possint tàm ab ipsis nouiter electis, quàm ab alijs post eos pro tempore eligēdis. Nec vllo modo quisquam possit in Canonicum, siue in Capellanum admitti, aut stallum habere in Choro, siuè locum in Capitulo antequam predictę pecuniæ quantitas effectualiter exposita, & bona per Prębendas assignata sint, & eorum possessus pacifice habitus. Teneantur etiam fundatores ad omnes expensas, si necessaria foret approbatio Summi Pont. aut alia quælibet prouisio apud Sedem Apostolicam siuè alibi expedienda. Declarantes specialiter in hac materia erectionum nouarum pro consensu Capituli, vt per tres partes fabarum nigrarum partitum fiat citatis omnibus intrà miliaria viginti extrà Ciuitatem Canonicis existentibus. Assignentur etiam ipsis Cameræ si superfuerint, si verò non superfuerint, careant.

Quomodo Cappellaniæ; quæ sunt ad Collationem Capituli conferri debeant. Cap. X.



EX Cappellanijs xxxiij. quę sunt distributionum participes 17. ad Laycos pertinent, & in titulũ perpetui beneficij conferuntur, tituli vero sũt isti videl. Visitationis Virginis Marię de Serenissimis Mediceis, Sancti Christophori de Bonaiutis, Sancti Laurentij; & Sancti Leonardi de Neronibus, Sancti Antonij de Taddeis, Cõceptionis Virginis Marię de Aldobrandinis, Sancti Hieronymi, & Sanctæ Concordię de Rondinellis, Cathedrę Sancti Petri de Hospitalario Sanctę Marię Nouę, Sancti Bernardi de Rodulphis, Sancti Nicolai; & Sancti Ioseph de Ginoris, Sanctissimi Corporis Christi de Guicciardinis, S. Matthei de Marignolis, Sancti Donati de Arte Cambij, Sancti Andreæ de Stupha, Sancti Iuliani de Gianis, & XVI. quarum alię tamẽ

manua-

manuales ad meram Capituli electionem, & prouiſionem eiſdem nominibus, quibus in ſuperiori capite dictum eſt de Canonicatibus, aliæ verò ad dictum Capitulum, & certas tàm noſtræ Eccleſiæ; quam aliarum perſonas Eccleſiaſticas; atque etiam ad Laycos mixtim pertinere noſcuntur. Quarum tamen duæ alias tunc primum vacaturę per Innocentium VIII. ſuppreſſę; & extinctæ fuerunt; Decretumque quod de earum altera; quę prior vacauit ſub titulo Sancti Michaelis Arcangeli Prẹsbitero, qui curam animarum Parochiæ noſtrę morbo epidimiæ laborantium exerceret. De altera Sancti Bartolomei Apoſtoli nuncupata Clericorum noſtrorum Magiſtro per Priorem, & Capitulum prouideretur; & ſic prouiſus vterque ad nutum eorumdem Prioris, & Capituli amoueri poſſit quod conſtat eiuſdem Pont. Max. diplomate in noſtro Archiuio recõdito Romę dato anno *1491*. Quatuordecim reliquę ſunt, inter quas enumerãtur quatuor illę, quę in Capella noui Sacrarij ſub titulo reſurrectionis per Clementem Septimum ſuis literis Apoſtolicis de anno 1532. erectę ſunt

vna

vna cum duabus quę, distributionibus vacãt, videlicet Sancti Ioannis ante portam Latinã, & Sanctorum Mariæ, & Iuliani omnes insimul XVIII. idem Pont. Max. alijs tamen litteris sub eadem data, quę omnes in dictò Archiuio conseruantur Motu proprio quamprimum illas quomodolibet etiam per cessum vacare contigerit, ad effectum, vt deinceps in titulum perpetui beneficij conferri nõ possint, sed vt per Priorem; & Capitulum nostrum; & ad eius nutum iuxta numerum dictarum Capellaniarum tot Capellani in ipsa Ecclesia deputari debeant, qui iuxta prouidam ipsorum ordinationem similiter desuper faciendam, inibi celebrare; ac in diuinis deseruire teneantur, perpetuo supprimit, & extinguit, & suppressas, & extinctas fore decernit, illarumque prouentus vniuersos Mensę nostrę capitulari applicat; & appropriat. Ita tamen quòd Prior, & Capitulum pro tempore existens Cappellanis istis mobilibus congruam portionem pro eorum substentatione assignare debeant. Nos igitur (vt decens est) nolentes à Sanctorum Pontificum constitutionibus recedere, sed sinceriter

riter obedire, Modum, & ordinationem prędictam Capellanorum eligendorum, qui ad nutum Capituli amoueri possint secundum eorum decreta omni reuerentia acceptamus, & eo modo de cętero Capellanias prædictas amobiliter conferendas statuimus. Dummodo in earum vna Sanctorum Philippi, & Iacobi pro vna voce ex tribus antiquioris ætate descendentium Francisci de Acone, & in alia Translationis Sancti Hieronymi si opus fuerit Abbatisse Monasterij Sanctę Apollonię; & in tertia Sanctorum Petri, & Pauli antiquioris illorum de Bigatijs accedat consensus: Mercedem dictorum, & singulorum Capellanorum fore decernentes singulis annis libras octuaginta monetę currentis, ab omni onere decimarum studij, aliarũque impositionum liberas, & exemptas singulis mensibus pro rata eis à Distributore nostro soluendas, prętarquam illius Sancti Ioannis ante portam latinam, pro cuius officiatura libras sexaginta tantum dari volumus. Nostrum Capitulum obligantes ad ea festa, & anniuersaria, ad quę antea Capellani perpetui tenebantur declarãtes nullo modo Ca-

pellanos prædictos posse per substitutos deseruire, nisi petito, & obtento consensu Capituli. Eamque pro Camerarum adoptione, librorumque taxa pecuniam soluturos, pro vt in capite de eorum acceptatione decernitur. Et vt Clerici nostrę Ecclesię animo promptiori virtutibus choroque deseruiant, spe aliquando ad maiora perueniendi, in hoc pręsertim Cathedralis Ecclesię consuetudinē imitantes; & quod magis mouet intentione, qua fuisse publicè perhibent Cosmam Medicem Seniorem, vt videlicet Clerici gradatim ad Capellanias atque inde ad Canonicatus, & Prioratus pro meritis eueherentur. Statuimus quòd siqui in nostra Laurentiana familia inuenientur, aut obsequio de Ecclesia bene merentes per Priorem, & Capitulum ad primas sic vt pręfertur ad Capellanias sic deinceps vacantes eligi debeant semper nostri Clerici, alijs de foris aduocandis, præferre eos videlicet qui benè, & fideliter saltem per quinquennium deseruierint nostrę Ecclesię. Electio autem hoc ordine fiat, proponantur per Capitulum tres ex ipsis, qui digniores esse videātur Serenissimo Magno Duci nostro,

in quem


in quem Iura Patronatus cessere, & ipse vnũ ex illis eligere dignabitur, vel quoslibet alios pro vt sibi libuerit: Tituli autem supradictarum XVIII. Capellaniarum amobiliũ sunt infrascripti, videlicet.


Quatuor Nouę Sacristię sub titulo Resurrectionis Dominicæ. Sancti Stephani: Sancti Bernardi. Sancti Ioannis Decollati. Sancti Tiburtij Valeriani, & Maximi: Sancti Laurentij in Purgatorio: Sanctę Catharinę: Sancti Michaelis Arcangeli pro eo qui curam gerat morbo Epidimię laborantium. Sancti Bartolomei Apostoli pro magistro Clericorum: Sancti Ioannis antè portam latinam sine distributionibus, quæ olim per Vgolinos nuncupabatur. Quæ XIII. merè spectant ad Capitulum. Translationis Sancti Hieronymi.

Conceptionis Virgin. quę ad Priorem, & ad antiquiores Canonicum, & Capellanum nostrę Ecclesię: Sanctorum Philippi, & Iacobi, quę ad Capitulum pro duabus vocibus, & ad antiquiorem descendentium Francisci Laurentij de Acone pro alia: Sanctorum Petri, & Pauli, quę ad Priorem, & antiquio-

rem illorum de Bigatijs : Sanctorum Marię, & Iuliani per illos de Peſciola ſicuti declaratum erat in Conſtitutione Decima de anno 1566.

De Capellanijs, quæ non ſunt distributionum participes, & de earum Rectoribus, & obligationibus. Cap XI.




VNT in noſtra Eccleſia Capellanię xvj. quę diſtributionibus carent, ſed tantum ratione Præbendę certis diebus ad Miſſarum celebrationem tenentur videlicet.

Sancti Laurentij per Inghiranos: Diebus ſingulis.

Conceptionis Virg. Marię, per Martellos, & Ricaſolanos; diebus ſingulis.

Sanctorum Petri, & Pauli per Ioannem de Bernardis : Diebus ſingulis.

San-

Sanctorum Marię, & Ioannis per illos dè Zuta: Dominicis omnibus, & iiij. ferijs.

Sancti Hieronymi per Guascones: Diebus singulis.

Sanctorum Marię, & Iuliani per illos de Pesciola: ij. iiij. & vj similiter.

Sancti Ioannis antè portam latinam : Iuris patronatus Capituli, quę quondam dicebatur per Vgolinos: diebus singulis.

Sancti Bernardi per Bernardettum Medicem iij. ferijs, & Sabbatis.

Sancti Hieronymi per Cambinos: omnibus iij. v. ferijs, & Sabbatis.

Sancti Antonij per Vgos: similiter iij. v. ferijs, & Sabatis.

Sancti Iosephi per Bocchardinos: Diebus singulis ferialibus.

Sanctorum Hieronymi, & Francisci per Ginoreos; singulis diebus festis.


Sancti Benedicti per illos de Maiano; singulis diebus.

Sancti Ioannis Baptistæ per illam del Vantaggio diebus singulis festiuis, ac ferialibus.

SanctissimiCrucifixi ad Altare Sanctę Concordię


cordię in inferiori Ecclesia diebus singulis.
Sanctorum decem millium Crucifixorũ vna die feriali pro qualibet hebdomada.
Harum Capellaniarum Rectorum nomina, perinde ac alij distributionum participes in sacrarij tabula describi volumus, vniuscuiusque additis obligationibus celebrandi: Quarum Sacrista diligentissime rationem teneat, vt quisque suis celebret statutis diebus, cum auaritia interdum suadente huiuscemodi Capellani propriã Ecclesiam deserant, & externis deseruiant, vndè maiora sperant, seù consequuntur emolumenta, vt saltem metu pœnę in officio contineantur, declaramus deficientes per Sacristam notandos diebus à Sancta Matre Ecclesia vniuersaliter indictis, in quibus fuissent obligati, mulctari in solidis viginti pro singula vice, & in solidis decem diebus ferialibus pro vt in capite de eiusdem Sacristę officio, & de missis alio declaratur: In fine verò cuiuslibet mensis illorum, qui deliquerint quantitatem mulctarum ad pauperum Camerarium deferat,

rat; pro vt in Capitulo 27. Qui ſi opus fuerit eos ad Curiam trahat, & aſtringat vſque ad integram illarum ſolutionem, ex decreto Ordinarij in libro Rubeo veterum Conſtitutionum folio 43. vbi ſub cenſuris, & pœnis hoc idem Sacriſtæ iniungitur eius conſcientiam onerando. Huiuſmodi Capellanos declarantes noſtris omnibus, & ſingulis regulis, Conſtitutionibus, & conſuetudinibus fore ſubiectos in his præſertim, quæ ad miſſarum celebrationem reſpiciunt, Reſeruata nobis tamen alleuiandi, & onerandi poteſtate, ſi aliter, aut alio modo obligationes dictorum Capellanorum veracius reperirentur.



De

De Capellanorum, & eorum substitutorum acceptatione, ac de eorum taxis. Cap. XII.





APELLANI autem, quorum Capellanię sunt distributionum participes, nàm de minimè participantibus dicetur inferius; antequam à Capitulo possessionem accipiant; iurent Ecclesię nostrę Constitutiones factas, & pro tempore, si oportuerit faciẽdas, se esse seruaturos, si vero per procuratorem, vt sepè fit, possessionem quæsierint, per eundem nihilominus procuratorem Iuramentũ præstare debeant. Ipsi tum manu propria cum præsentes fuerint tãgentes euangelia iuraturi. Præterea hi quorum interest, siuè suorum titulorum festa, siue pro defunctis anniuersaria facere, iurent se omnia suis temporibus esse facturos, alioquin nisi prestito Iuramento possessionẽ nullo modo dandam esse constituimus. Qui etiam antequam

claues

claues Cameręs, quæ ſibi competit ad habitandum, accipiant, teneantur pro optione taxam ſoluere, vt dicitur in Capitulo de optandis Cameris. Inſuper, vt in antiquis conſtitutionibus ſtatutum eſt, atque ex veteri conſuetudine teneantur ſoluere Camerario noſtro taxam librarum xiiij pro libris in noſtra Sacriſtia comparandis. Item Camerario pauperum teneantur ſoluere ſolidos xxxv. quam primum poſſeſſionem acceperint, vt dicetur in Capitulo de elemoſinis pauperum. Subſtitutos vero qui pro abſentibus ac diù abfuturis Capellanis deſeruiunt, à Capitulo noſtro non admittendos eſſe, niſi cum cauſæ cognitione mature per capitulum diſcutienda, & ab eo approbanda, nec vllo modo intelligatur permanentibus in Ciuitate, niſi aliquando occaſione Monalium ſibi commendatarum, quando verò legitimè fuerint admittendi, admittendos eſſe declaramus hoc modo videlicet. Congregato Capitulo vnus, vel ſi fortè plures fuerint competitores, ſingillatim accedant, atque à D. Priore, vel à quouis alio Canonicorum, cui commiſſum fuerit, examinentur; Et qui benè intel-

ligendo, atque etiam bene canendo reperti fuerint aptiores, habitu præsertim, & bona indole illis fauente, mittantur singuli ad partitum, isque substitutionem assequatur, qui fuerit (nisi idem apostata extiterit, aut alias secundum Canones reiciendus) à Capitulo comprobatus; substitutiones verò à dicto Capitulo non concedantur nisi vacatione secuta, hoc etiam declarantes videlicet substitutos omnes habitare debere Cameras suorum Principalium, hoc est eorum pro quibus inseruiunt (si id commode fieri poterit) alioquin arbitrio capituli relinquantur, à quibus temporariam seruitij sui mercedem exigant quam declaramus fore quatuor singulis mensibus librarum pro missarum celebratione. Qui verò exigere non poterunt compellant Dominos ad Ordinarium. Volumus etiam principales ipsos teneri ad danda almutia substitutis, quos tandem singulis annis Maio mense cum cæteri ministri, & officiales cõfirmantur, seù denuò fiunt, per maiorẽ Capituli partem confirmandos esse declaramus. Rectores verò earum Capellaniarum quæ non sunt distributionum participes, cum nullo co-

lo coquinę, aut Camerę priuilegio, seù commodo gaudeant, solum teneri, & obligatos esse decernimus ad illarum Missarum celebrationes, vel per se ipsos, vel per eorum vicem gerentes: Et ad illa festa, seù anniuersaria peragenda, quę per suorum legata patronorum eos decet & celebrare, & agere. Nolentes verò, aut contumaces omnino apud Ordinarium cogendos, compellendosque, donec legatis cumulatè satisfaciant, penitus esse declaramus.


De Iuramento præstando per nouos Priores, Canonicos, & Capellanos. Cap. XIIII.

DEcernimus etiam, quod quilibet siuè Canonicus, aut Capellanus denuò receptus, antequam possesionem accipiat iuret se inuiolabiliter obseruaturum omnes Ecclesiæ nostræ constitutiones hactenus factas; & pro tempore faciendas; cæterasque laudabiles consuetudines. Prior in manibus Archiepiscopi, vel eius Vicarij; Cęteri vero in manibus Domini Prioris si pręsens fuerit, alioquin antiquioris Canonici residentis. Et si possessio per procuratorem petatur, Iuramentum nihilominus per procuratores pręstari volumus alias in nostra Ecclesia nullatenus recipiatur, & possessio illi pęnitus denegetur. Declarantes has Constitutiones neminem obligare ad periurium, seù ad mortale peccatum dummodo transgredientes sol

uant

uant pęnas in eis contentas, nisi constitutio ipsa, quæ non seruata fuerit vltra aliam pę- nam, quæ constituta est, etiam periurij rea- tum incurrere declaret, ac statuat non ser- uantes.

De Optandis Cameris. Cap. XIIII.




AMERAS omnes, quę in Clau- stro nostro sunt optabiles, atque optandas esse decernimus prę- ter quatuor; vnam videlicet D. Prioris, quę est iuxta Capitulum, ac duas alias duobus Canonicis Mediceis adsignatas, quę ad meridiem positę super liminari ianuę ordine literarum Alphabeti signatę sunt C. & D. quas optari nolumus nisi per alterum ipsorum altero deficiente. Quarta inoptabi- lis est, quam habitat Clericorum Magister iuxta coquinæ ostium. Reliquę vero Came- rę tàm ad Canonicos, quam ad Cappellanos pertinentes, omnes optabiles erunt. Decer- nentes nullam posse, aut fieri debere optio-

nem nisi quarto post obitum Prioris, Canonici, aut Capellani die, cuius Camera vacauerit, vt qui foris extra Vrbem sunt, commodius, & sine vlla Capituli citatione redire queāt; Optionis autem ordo hic erit. Quarto (vt diximus) die conuocato Capitulo Canonicus ordine antiquior priorem habeat (si voluerit) optandi facultatem, quod si noluerit optio fiat à Canonico ordine gradatim subsequente vsque ad nouissimum. Si verò nullus optare voluerit, Camera tunc vacans relinquatur nouo Canonico, qui in defuncti locum fuerit subrogatus. Sed vbi quis optauerit vacantem Cameram, tunc eam quam ipse reliquit etiam optandam proponi volumus modo supradicto, nam quot quot Cameras vacare aut optari contigerit, totidem optandas iterum proponi declaramus. Quem modum, & formam in optandis etiā Cameris Capellanorum omnino seruari decernimus, hoc tantum addentes quod nullis tam Canonicis quam Capellanis per procuratorem, sed tantummodo interessentibus pręsentialiter, & per se ipsos, non per substitutos deseruientibus optare liceat. Pręterea

quod


quod quilibet Canonicus siue Capellanus, qui iterum, atque iterum aliquam vacantem Cameram optare voluerit, semper; & pro qualibet vice, & pro quacunque optione teneatur soluere taxam modo infrascripto videlicet. Antequam D. Priori, seù Canonico, seù Capellano denuò receptis optatæ Cameræ claues tradantur, & antequam Camera ipsa recepto consignetur ad habitandum, teneatur soluere nostro distributori, & in pręsenti pecunia numerare taxã, videlicet Prior libras LXVIII. Florentinę monetę; Canonicus libras XXXIIII. Capellanus vero libras XVII. quę pecunia diuidenda est æquis portionibus à Distributore inter Priorẽ & Canonicos residentes atque interessentes dum optiones fiunt, pro vt hactenus antiqua inualuit consuetudo, dummodo per annum integrum Ecclesiæ deseruierint, hoc est integras anni vnius distributiones lucrati fuerint à die sui Canonicatus prębendę, & vocis in Capitulo possessione, à qua tamen participatione duo illi Medicei non excludantur, si taxam suarum Camerarum quamuis immobilium, & fixarum persoluerint. Præterea statuimus

mus optantes nullam omnino portionem illius taxę quam ſoluunt pro optata Camera poſſe percipere: Illud addentes in taxe diſtributione, quod Priori debetur vt in cęteris omnibus dupla vnius Canonici portio, atque ita illi dari volumus, & mandamus, Camerę vero ipſę quod ad puteos, & latrinas purgandas manuteneantur à poſsidentibus, & conſeruentur, nec prętio locari poſſint, nec extra familiam ad habitandum concedi abſque conſenſu Capituli. Mulcta ſit deuolutio penſionum ad Capituli menſam, & priuatio diſtributionum quo vſque contumax extiterit. Declarantes illos eſſe de familia, qui beneficijs in noſtra Eccleſia potiuntur; & eis quomodolibet ſeruientes.

Quidquid autem cum vacauerint parietibus immobiliter affixum fuerit, pro Immobili habeatur, & Cameris acquiſitum intelligatur.

De


De Numero familiarium Prioris, & Canonicorum, nec non cuiuslibet Capellani. Cap. XV.



NE quis nostrum vllo vnquam tempore indiscrete, & cum dispendio coquinam nostram oneret; Constituimus, Priorem nostrum pro suo seruitio secum posse retinere familiares quatuor, ex Canonicis quemlibet duos, ex Capellanis vero, & substitutis quemlibet, vnum: sed infirmitatis causa quot sunt necessarij. Mulieres seruientes suspectas esse nolumus, sed ætatis prouectę, & bonæ famæ; quas de cætero, nisi prius fuerint à Capitulo comprobatæ, minimè retinendas à quolibet esse declaramus; alioquin retinentes duorum mensium distributionibus carere, priuarique decernimus, quod si qui in sua familia plures, quam supradictum est retinuerint (exceptis tamen patre, & matre cum approbatione Capituli, siue alijs à

Capitulo comprobatis) per Distributorem nostrum pro quolibet familiarium vltrà numerum singulo quoque mense libras duas pro supplendis coquinæ sumptibus ijsdem retineri mandamus; Ac etiam vt quilibet debeat dare capitulo in scriptis, quas personas secum in Claustro retineat tertio quoque mẽse scilicet prima die Mercurij, Ianuarij, Aprilis, Iulij, & Octobris, alioquin distributiones vnius mensis amittat. Et quando contigerit aliquem ex nostris, siuè Canonicis, siuè Capellanis per diuturnam absentiam suas Cameras non habitare, statuimus in ijsdem neminem nisi de sua familia posse relinquere, nec alicui illas vllo modo locare, qui vero locauerit distributionibus vnius mensis priuetur, & locationis pręcium ad nostri Capituli Massam omnino pertinere volumus, statuimus, & declaramus, quod à questore nostro exigi mandamus cum solita lucri sui portione, vt in cęteris pecuniarum exactionibus lucro solet apponere.


De Præbendis omnibus in Campioncinum describendis. Cap. XVI.



NE præbendę Canonicatuum, & Capellaniarum Ecclesię nostræ lapsu temporis in quandam (vt sępè fit) obscuritatem, ac dubiũ veniant; & ne illarum notitia senescens pene depereat, mandamus prębendas ipsas, & eorum bona cum suis terminis; & confinibus describi in Codicem, qui dicitur il Campioncino. Præterea nomina Canonicorum; & Capellanorum, qui illas possident. Insuper Ius gentilitium siuè patronatus. Atque idem fieri mandamus de præbendis Capellaniarũ non participantium: Vbi etiam describantur onera, & grauamina, quæ à suis fundatoribus instituta sunt, vt Capitulum vbicunque voluerit inspicere, ac videre queat, vtrum huiuscemodi obligationes, ac debita persoluantur. Quem Codicem quot annis à Reuerendo D. Priore, ac duobus Camerarijs re-

uideri volumus, atque eorum nominȧ permutari, & denuo reponi, quę per aliquorũ siuè obitum, siuè resignationem immutata sunt, ad mulctam distributionum amittendarum duorum mensium ipso facto incurrendam.

De habitu, & Tonsura. Cap. XVII.






ED quoniam habitus plerumque mores, mentemque hominis, atque ingenium indicat, homines enim non tantum de facie (vt dicitur) sed etiam de vestibus indicari, atque existimari solẽt. Proinde nefas est, Sacerdotes prodire perinde, atque seculi milites amictos, seù more fœminarum comptos: sed neque etiam pannosos, aut laceros obsitosque, propterea quod nec affectatę sordes, nec exquisitæ munditiæ sacris hominibus conueniunt. Sit igitur habitus tùm Canonicorum cum Capellanorum similis, hoc est cultus exterior sine cultu, modestus,

destus; & grauis; Clericalem Tonsuram omnes semper deferant, sin aliter Sacrista, & Chorista ad elimosinam missę, & distributionem illius diei absque aliqua declaratione non admittat, sint demissę vsque ad talum vestes, sint calcei, seù crepidæ, caligęque in quibus non fastus, aut iactantię, aut elationis vitium, seù mentis leuitas; sed Clericalis honestas cum grauitate; & modestia deprehendatur. Chorũ verò ingredientibus, atque in Processionibus, & in funeralibus sint cottæ lineę, candidę, mundęque non penitus laceræ, seù attritę, sordentesque, cum almutijs nõ penitus depilatis. Prior vero rocchetto, pallio, & capuccio extenso instar Cathedralis Ecclesię Canonicorum semper ornetur, Canonici verò eodem modo, sed nigri coloris, & Capellani cum cotta, & almutio, omnesque simul cum birettis. Præterea Magister Clericorum, & Chorista pro almutio, cappuccio laneo super sinistro humero, vel brac chio decenter imposito, vtantur.

De

De Nouorum Officialium creatione: Cap. XVIII.





X Officialibus, à quibus res nostrę gubernari debent, Camerarios, Bibliotecariorum alterũ, Cerarium, Custodem Archiuij, & Suffragiorum Scriptorem; qui semper de numero Canonicorum esse debent, nec non qui de Capellanorum Distributorem, Sacristam, & Chori Magistrum, & alterum Bibliotecariorum annuos fore, annuatimque in die Mercurij secundę Ebdomadæ mẽsis Maij, officium Calendis Iunijs inituros, hoc modo creari debere statuimus videlicet: In Choro inuocetur Dei auxilium, canendo Veni Creator Spiritus, & posteà legitimè congregetur Capitulum, lecta alta voce hac constitutione, statuimus, vt pro vno quoque officio, duo ad id habiles à Priore, & à Came abrarijs singulis, singuli denominentur; sed absente Priore, aut Camerarijs, vel eorum al-

tero,

tero, ius nominandi ſit Canonici, vel Canonicorum gradatim ordine antiquiorum, quorum primus gerat Vices Prioris in nominando. Qui ſic nominati deinceps ſigillatim ad ſuffragia (& Nemo alius) proponantur, vrnęque votorum more ſolito coram Priore exponantur; & qui in votis pręualuerint, hoc eſt qui plura ſuffragia obtinuerint pro eo officio habeantur; ſed votorum parium iterum ad ſuffragia proponantur; & quod de Camerarijs nominandis dicitur, hoc etiam de cęteris Officialibus dictum, decretumque intelligi volumus: inhibentes prorſus ne quiſpiam eligi, vel aſſumi valeat ad duo ſimul officia exercenda, quę inter ſe incompatibilia eſſe decernimus, Is autem, qui pro nouo Camerario obtinuerit, per biennium ſimul cum alio veteri Camerario officium exerceat, prout in conſtitutione Camerariorum diſponitur, & vt apparet in libro Suffragiorum ſignato D. car. 13. Et hoc, vt ſemper in negotijs pertractandis, vnus illorum plenam habeat notitiam rerum omnium, quæ accidere poſsint. Declarantes inſuper infraſcriptos non poſſe ad officia denominari videlicet.


Qui

Qui Capitulo cuiuslibet Officij, ab eo aliàs adminiſtrati, integram rationem non reddiderint, aut ſatisfecerint: ſiuè qui pro male geſtis in eo mulctati, aut quoquomodo condemnati remanſerint. Capituli debitores vltra ſummam librarum quinquaginta, niſi tunc Diſtributor nouus effectualiter mutatis nominibus in ſe ipſum debitum tranſtulerit, & abſentes vltra duas dietas videlicet quadraginta milliaria: Priorem quoque cum ſit vt officialis perpetuus in ſingulis officijs nolumus poſſe in ſpeciem denominari. Poſito officio vacēt omnes ab eodem annos duos. Poſſint tamen Sacriſta ad biennium, Diſtributor, Choriſta, & Bibliotecarius etiam vlterius ad beneplacitum Capituli confirmari, dummodo ſingulis annis, vt pręfertur denominentur; & pręualeant in ſuffragijs modo ſupraſcripto. Præſentibus ad officium electis, officium ipſum abdicandi infra octo dies ius liberum ſit. Abſentibus vero, & ęgrotantibus terminus ſit quindecim dierum ſpatiũ; ſed electi ad officium, niſi eo ipſo ſpatio venerint ſaltim per nuntios, tacitè abdicaſſe intelligantur, & pro officij abdicatione vacent

ab of-

ab officio illo abdicato annos duos, & alij modo prędicto ſubrogentur. Poſt quem dierum numerum ſiquis ſe inuito Capitulo abdicauerit, tribus annis ad omnia officia inhabilis ſit; & alius aſſumatur, qui pro eo officio ad vacationem non aliter teneatur. *S*ic creati officiales in manibus Prioris iurẽt ſinguli ſe ſedulo, & iuxtà *S*anctionum noſtrarum diſpoſitionem officia exequuturos. *S*ed Bibliotecarius, Cerarius, Diſtributor, & *S*acriſta intrà octo dierum ſpatium poſt acceptationem ſinguli binos fideiuſſores idoneos, qui non ſint ex noſtra familia, & à Capitulo approbandos præſtare teneantur, alias priuati officio remaneant, & vacationem illius officij ſubijſſe intelligantur. Declarantes ſub appellatione Capellanorũ in præſenti conſtitutione nominatorum venire etiã ipſorum Capellanorum ſubſtitutos, Eccleſiæ noſtræ deſeruientes, Choriſta excepto.

De Camerarijs. Cap. XIX.





INGVLIS annis menſe Maij vt in Capitulo de Officialium creatione dicitur, Camerarius vnus ex quatuor Canonicis cõſtitutis in ſacris à Priore noſtro, duo etiam à veteribus Camerarijs nominati ad partitum de more mittantur, & qui iuxtà formam in ſuffragijs obtinuerit, per biennium Camerarius, ſeù Dominus de cura erit ſimul cum veteri Camerario iuxtà diſpoſitionem pręcedẽtis cõſtitutionis, qui officium acceptans man dato per notarinm à Capitulo habito cum poteſtate ſubſtituendi Iuramentum pręſtare debeat, ſe fideliter, & accuratè adminiſtratione defuncturum. Cuius prima cura ſit cum Priore noſtro omnia quę diuino cultui opportuna ſunt prouidere, curareque, vt Ebdomedarij, Cantores, cęteriquæ Miniſtri omnes in Choro ſuo officio perfungantur, miſſarum, & diuinorum officiorum Tabu-

las,

las, vel conficere, vel confectas, pro vt opus fuerit, reformare. Præterea inuigilent, vt ad animas nostrę Parochię deputati diligentissimè curę suę incumbant, vt confessiones audiant, & reliqua sacramenta ministrent. Vt diuinorum officiorum ordo seruetur, nec non vt Sacrista, & Chorìsta, qua debent fide diligentia, & cura in officis suis procedant. Item in die Dominicæ Resurectionis munus iniungant vnà cum Priore duobus Canonicis, & Capellanis Cantoribus ad ostensionem Reliquiarum; & denique omnia curent, quę diuino cultui, nostræque Ecclesię opportuna, ac necessaria fore cognouerint. Intrà mensem à Calendis Iunijs, in quibus eorum officium incipit, teneantur cum Sacrista, Cerario, Distributore, omnibusque alijs Capituli ministris tàm in spiritualibus, quam temporalibus in Ciuitate, & extrà cum pręteritis officialibus transigere, & de administratis petere rationem, inito primo cum omnibus calculo per capituli nostri scribam, seu reuisorē, qui computis preest, à quo cum ratio singulorum diligenter descripta, & subducta fuerit, ita demum per dictos Dominos Camera-

rios intellecta, & perspecta huiusmodi calculorũ veritate, & fide subscribantur,& tunc per eundem Calculatorem anteà firmata,robur accipiant, iuxta rescriptum alias emanatum per Serenissimum Magnum Ducem Cosmum Medices felicis recordationis vsque de anno 1550 quod innouetur, & in nostri Codicis rationum initio registretur,deinceps apposite obseruãdum sub pena periurij, alias nostris Camerarijs in cõputorum reuisione procedentibus,qua ratione teneantur omnes, & singuli calculare, ratiocinari, & firmare omnes, & singulas rationes, & computa, & expensas de pecunijs, redditibus, alijsque rebus per quemcunque factas, & administratas, nec non agentes, & officiales prędictos, si in aliquo defecerint,sindacare. Quę omnia à scriba nostro admitti non possint nisi prius ab ipsis Camerarijs approbentur, & subducto calculo subscribantur. Debeant etiam intra dictum terminum cerarum, rerumque omnium Sacristiæ, aliorumque locorum,& bonorum tam mobilium, quam immobiliũ & specialiter omnium, & singulorum libro, rum librariæ, pro vt in Capitulo de Bibliotecarijs,-

tecarijs, pręterea contractuum, ſcripturarũque Archiuij regiſtra, ſeù inuentaria recenſere, & ſi opus fuerit reficere, librumque Inuentariorum tàm ſcripturarum, quam ſupplectilium Sacriſtię renouare, atque addita addere, & quę ſunt conſumpta delere. Curent inſuper, vt conſtitutiones, & partita ſeruentur, & quod pœnę contumacium perſoluantur. Nec non vt fructus, redditus, & prouentus omnes Diſtributori fideliter conſignentur, cui ita pręſint, vt nihil illis inſcijs ab eo penitus fieri poſſit. Declarantes hoc tamen ſpecialiter, & expreſſè, quod Camerarij nullo modo poſsint exigere, nec penes ſe habere, aut quouis quęſito colore tenere pecunias, aut prouentus, & redditus vllos, aut eorum partem etiam minimam noſtri Capituli. Volumus enim hęc omnia ad manus ſolius diſtributoris venire, & ab eo fideliter cuſtodiri, vt in Capitulo de eius officio continetur; lites omnes per Diſtributorem, ſiue per Notarium, & procuratores alios, ſi oportuerit, exequantur. Quorum præterea intereſt contractus affictuum, & locationes omnes fieri ſolitas, tàm domorum, quam apote-

apotecarum, aliorum que bonorum dicti Ca pituli ad triennium dumtaxat, & non vltra vnà cum Priore omni re postmodum valida existente super qua omnes simul consenserint, iuxtà Serenissimi Magni Ducis nostri rescriptum, habito semper ad Capituli vtilitatem respectu. Statuimus etiam, si prior absuerit, vel Camerariorum alter, ne res detrimentum capiant, duos ex ipsis pascisci, & contrahere non posse, nisi de expresso consensu Capituli: locare tamen Capituli debitoribus minimè possint, nisi prius soluerint, si secus fecerint ad eorum debitum teneantur. Declarantes alienationes, Emphitheoses, siue liuella, & locationes fieri non solitas, siuè ad longum tempus, ac perpetuas, siuè ad vitam, fieri non posse nisi de consensu Capituli licentiam concedentis, vel saltem consentientis, & ratificantis, & seruata forma Sacrorum Canonum de talibus loquentium. Hi etiam omnimodam potestatem habeant componendi, & taxandi omnes, & quascunque compositiones, & taxas tàm capellaniarum officiandarum, quam aliarum rerum, & personarum. Valeant etiam acceptare à


quibus-

quibuſcunque perſonis quaſcunque elemoſinas, & pia legata, ac donationes tàm pecuniarum, quàm aliorum bonorum, dummodo non ſint cum aliquo Eccleſię noſtrę detrimento. Inſuper teneantur Capituli ſumptibus antequam eorum officium finiatur perſonaliter, & coniunctim adire, & viſitare omnes Eccleſias, prędia, domos, apotecas tàm in Ciuitate, quam extrà, omnia que alia bona Capitulo annexa; & incorporata, quę indigent viſitatione, & extrà Ciuitatem Viſitator viſitet de conſenſu Capituli bis tempore ſui officij. Ac de omnibus neceſſarijs, & vtilibus reparationibus in melius prouidere cum poteſtate expendendi vſque ad ſummam florenorum quinque noſtrę monetæ pro quibuſcunque reparationibus officij ſui tempore faciendis, alias ad Capitulum referatur, ac de eius conſenſu expendantur. Finito anno intra menſem nouis Camerarijs conferant ſuę rationem adminiſtrationis ſub cenſura Capituli. Quiſtrenas recipiant vltra ordinarias libram vnam piperis, & par vnum Caponum, & vacent ſinguli ab eodem officio annos duos. Siquis verò quouis mo-

do

do contrà Camerarios temerè insurrexerit vnius mensis careat distributionibus.

De Custode Archiuij. Cap. XX.






Rchiuij nostri custos vnus sit ex Canonicis à Priore, & cœteris capitulariter electus, pro vt in capite de officialium electione, qui solus habeat Scriniorum, & loculorum claues omnes in quibus seruantur Pontificum diplomata, breuia, priuilegia, Principis rescripta, instrumenta omnia nominatim in repertorio recensita, libri etiã Inuentariorũ quorumcunque mobilium, & Immobilium nostræ Mensę, rogationum præteritarum, seù partitorum, rationarij codices, alięque omnes cuiuscunque generis scripturę nostræ Ecclesię spectantes, & his similia. Quę omnia exactissimè singulis annis à duobus Curatis recenseantur. Ipse autem custos teneatur omnia hęc diligen-

ter

ter conſeruare, & ad integrum reſtitue-
re, ac ſucceſſori ſigillatim aſſignare. Nec
aliquid ex quauis vrgentiſsima cauſa cui-
quam ex noſtris, ne dum alienis, acco-
modare poſſit, niſi prius in libro ad hoc
deputato propria manu ſcripſerit ille, qui,
quid, cur, & quando vtendum accepe-
rit. *Si* ſecus fecerit plectatur à *C*apitulo,
atque interim careat omnibus diſtributio-
nibus vſque ad amiſſi reſtitutionem, ad
quam ſuis ſumptibus comparandam om-
nino teneatur. Accipiat autem pro
huiuſcemodi labore annuatim
vltrà ordinarium Canoni-
corum libram pipe-
ris vnam, &
par Capo-
num,
atque in Virginis Puri-
ficatione cande-
lam.




De Cerario. Cap. XXI.





ERARII, quem Sacristam maiorem appellamus, officiũ est vniuersam cerarum copiam siue ex funeribus, & oblationibus, siue aliunde solida, aut elaborata venerit, in statera prius appensam fideliter in loco solito custodire, curareque, vt pro tempore, & cum opus fuerit diligenter in nostri claustri officina elaboretur, vel si condicibilius est, elaboratam ab aromatarijs comparare, comparetur Priore prius, & Camerarijs consultis. Declarantes, vt absque eorum consensu nec ceram cuiuscunque generis emere, nec commutare, aut vendere, aut quouis modo distrahere vllo pacto possit. Sed deficiente cera dictis Priori, & Camerarijs significet. Contraueniens vnius mensis careat distributionibus. Is, pro vt postulat, atque indiget Ecclesiæ nostræ vsus, Sacristę minori det, atque consignet pondo

cereos,

cereos, candelas, funalia, cerasque alias cuiuscunque generis, & ab eo de consumptis exigat rationem: Totum in dati, & accepti codicem referens, vt exacto sui officij munere dilucidè de his omnibus transigi possit: Teneatur insuper curare, vt à Distributore quotannis à Monasterijs, societatibus, alijsque pijs locis nostræ Parochię subditis pro recognitione ceræ totaliter exigantur. In principio sui officij antequam ei à veteri Cerario inuentaria consignentur, vt Sacrista minor, & Distributor fideiussores præstet à Capitulo comprobandos, & vltra strenas ordinarias illi detur Capo num par vnum & libra pi peris vna, & Candela in Purificationis festo.



De Bibliotecariorum officio. Cap. XXII.





LEMENS VII. literis suis ex Vrbe datis anno MDXXXII. in quibus de Acereti, & Gamundij Abbatiarum tractatur vnio, nouę Bibliotecę, quam publicæ studiosorum vtilitati multis libris tum Gręcis, tum latinis in omni scientiarum genere vndique conquisitis, in nostro Claustro dedicauit, custodes binos, cum constructa fuerit, alterum videlicet de Canonicorum classe vnoquoque anno à Capitulo eligendos, alterum de Capellanorum ordine pręesse mandauit; illisque stipēdium dari, quod ab eodem fuerit decretum. Penes quos omnimoda sit librarię cura, vt quotidie congruis temporibus post Missarum celebrationem duarum horarum spatio, & post vesperas totidem ingredi volentibus pateat, altero eorum continue assistente, ac ne quis noctis tempore, aut ignis lu-

mine

mine ſtudeat prohibente. Quibus nihilominus non prius claues permitti voluit, quam vades dederint, libros omnes, aliaque omnia ad dictam ſpectantia fideliter conſeruandi, ac retēto ſibi indicis exemplo, ſucceſſoribus vniuerſa reſtituendi iureiurando in Prioris manibus, Camerariorũque interpoſito. A quo decreto non declinantes eodem modo, & tempore, quo cæteri Capituli noſtri adminiſtratores, eos ex Canonicis, & Capellanis etiã amobilibus eligendos ſtatuimus, & ad ſuprascripta omnia teneri volumus, clauesque eis concedendas ſuper indicis exemplo per veteres Bibliotecarios, nouoſque Camerarios librorum prius, aliarumque omnium bibliotecę ſupplectilium numero repetito. Et ne tarde nimium mane quibus aliqua res eſt in ſtudijs aditus videatur, poſt miſſarum celebrationem tertiarum hora diebus ſingulis apertum iri decernimus, & poſt veſperas immediate per ſpatium ſupradictum. Qua aperta exinde nunquam Capellano diſcedere liceat, ſed aſſiduè quouſque claudatur ibidem permanere debeat, prȩterquam ſi Canonicus intereſſe pro illo voluerit, quod eius re

mitti-

mittimus arbitratui, dummodo vno quoque die eam ingrediatur, visat, perlustret, siquid ab instituto ordine deuiaret, in rectum deducat. Statuimus enim quod huic Capellanus pareat, & obediat, nihilque eo inscio faciat. Curent insuper ambo, vt libri ordinatim, & distincte in suis scrinijs dispositi, seù armarijs, forulisque reclusi conseruentur, fibulis, vmbilicis, pergamenis, tabellis, siquando opus fuerit, restaurentur, suis locis non moueantur, ne ve admisceantur, solertem adhibeant diligentiam, ne humore vitientur, puluere, aut tineis corrumpantur, aut alio quouis modo putrescant, panniculis tergentes, vulpinis caudis excutientes, laquearia pauimenta, parietes scopis mundari facientes, ad hoc sacrarij Clericorum, nostrique Ianitoris opera requisita. Nec vllo modo eis liceat ex ea librorum aliquem asportare, aut alicui commodare sine expressa Serenissimi Magni Ducis, aut ipsius Commissarij licentia, atque eo casu chirografum habeat recipientis, & quam primum poterit reportari curet. Secus vero faciens mulctatus veniant libris XIIII. ex distribu-


tioni

tionibus retinendis, & officio priuatus sit, ac ei alius immediate subrogetur Capellanus, dum in Biblioteca fuerit, pro pręsenti habeatur etiam in funeralibus, & Canonicus siquando in ea occupatus fuerit, admittatur. Si verò aliquo negotio impediti adesse non possint, vicem suam alij, videlicet Canonicus Canonico, & Capellanus Capellano committendi ius habeant, dummodo eorum absentia non plurium sit, quam dierum octo, vlterius enim posse substituere nolumus, nisi de consensu Capituli, & ad beneplacitum Capituli confirmari possint: Declarantes, quod duo tantum, & non plures Bibliotecariorum priuilegio gaudere queant.

Pro mercede annua libræ 96. nostræ monetę, æquis inter se portionibus diuidendę, pro rata à Distributore singulis mensibus cum alijs distributionibus persoluantur.

De

De Canonico deputato ad actiones, & deliberationes Capituli conscribendas. Cap. XXIII.






T autem clarior, & expressior cunctarum actionũ, nostrique Capituli deliberationum habeatur memoria, & in promptu (cum opus fuerit) semper appareat, decernimus, vt Canonicus ad hoc deputatus, quęcunque à Capitulo per suffragia deliberantur, in Codicem in hoc comparatum conijciat. Quod vt fidelius efficiatur, statuimus, vt statim de quauis re, votis redditis, in Diario, quod secum habeat, in hunc vsum particulariter inscribat, quid actum, & deliberatum sit distinctè, & explicitè, atque antequam dimittatur Capitulum, clara voce legere teneatur, vt si in aliquo defecerit suppleat. Ex quo Diario deinde sine verborum illorum aut sensus mutatione, fideliter in Codicem transferat, per numeros notando deli-

deliberationes, si que ab hoc prescripto retexerit pro qualibet vice vnius hebdomadæ integre tam ordinarijs, quam extraordinarjs, careat distributionibus.

De Choristæ officio. Cap. XXIIII.





HORISTA, quem semper de numero Capellanorum esse voluimus, prestito prius Iuramēto, Constitutiones, & decreta seruandi, in his, quæ ad eius spectant officium super libro ad hoc deputato fideliter, & distinctè nomina omnium, & singulorum Prioris, Canonicorum Capellanorum, & Substitutorum deseruientium, eorumq; in Choro per rotuli adhibitionem præsentias, & absentias notet, & admittat, pro vt in presentibus Sanctionibus, & specialiter in capite de punctis continetur. Currentes cuiuscunque hebdomadis hebdomadarios, & cantores propter distributionū augmentum speculetur, atq; inibi quiescen-

tes. Prima die singulorum mensium, quod quisque nostrum mense exacto lucratus fuerit, appunctaturis, & pęnis detractis per Schedulam primò in Sacro aditu appensam; palam faciat; qua deinde Distributori tradita, vnicuique congruentes distributiones solui possint. Sciat insuper se Priori, & Camerarijs fore subiectum, si ei eorum aliquis, aut omnes concorditer aliquid iniunxerint, tàm circa admissiones, & mulctas, quam ad cętera, quae Ecclesiæ nostræ ordinẽ, diuinumq; cultum respiciunt, dummodo non sint contra constitutiones. Nullum tamen ius habeat in Canonicos, nisi in Choro statutis terminis interessentes, eosque, qui in diebus festis, aut aliter competentibus celebrauerint admittendi. Is inter Capellanos locum digniorem obtineat, nigroque laneo vtatur capuccio, qui, si aliquando abesse contigerit, alteri vices suas valeat delegare pro spatio quatuor dierum, quæ delegatio non fiat nisi approbante Priore, & Camerarijs. Ad eum spectet vniuersa Chori cura, ritus Ecclesiæ Cathedralis in quantũ poterit prosequens, vt videlicet temporibus debitis terminetur

Cam-


Campanarum ſonus, libri parentur, preces inchoentur horarię, cęrimoniæ ſolitæ obſeruentur, ſignum poſt ſextam horam per Campanæ pulſationem Clericis detur abſen tibus, cerei ſuo tempore accendantur. Super Capellanos, Subſtitutos, & Clericos omnes in Choro ſit illi plena, & omnimoda auctoritas corrigendi, monendi, atque omnia ſeruari faciendi, quę in capite de Chori obſeruãtia dicuntur. Delinquentes ipſos pro qualibet vice deliquerint, non admittens; quod ſi delictum id fuerit, quod videatur maiori pęna mulctandum, referat ad Capitulum.
Pręterea curet quotidie in fine Completorij, quod ij, qui eodem die Euangelium, & Epiſtolam decantauerint, vterque, ſed in diebus feſtis, in alijs vero Epiſtolarius tantum populum aqua ſancta aſpergant, alioquin contumaces ad horam illam non admittantur. Illi quoque in duplum, quam lucrati fuiſſent in Eccleſia noſtra, ab eo puncto notentur, qui extra eam diebus feſtis in alijs Eccleſijs quodlibet diuinum obſequium pręſtare pręſumpſerint. Vno quoque menſe ſanctorum tabulam diuini officij ordinem ſin-

gulis diebus obseruãdum cum festorum diffinitionibus, & differentijs folio componat, & in Sacristię loco solito appendat. Posſit prętęrea pro libitu à maiori missa aliquando interdum à vesperis, seù matutinis, horisque alijs discrete tamen, & raro licentiam vrgente necessitate petenti concedere; nec puncto sic absentes notare; atque etiam admittere ad earum quamlibet, dummodo diem totum non absit, & Ecclesia incommodum non patiatur, tàm in hoc, quàm in admissione deseruientium, punctisque delinquentibus infligendis, eius conscientiam onerantes, contrà eos præsertim Canonicos, & Capellanos qui, & si in choro fuerint statutis terminis, intermedio tamen enormiter absfuerint. Pro eius mercede laboris annuatim librę nostræ monetæ quadragintaduo à distributore soluantur, deturque ei in carnis priuio caponũ par vnum, ac singulis annis absentia dierum quindecim potiatur ad eius libitum diebus interceptis, vel simul tota capienda, qua durante lucretur; non tamen à missarum cele bratione excusetur, altero tamen in suo loco suffecto cum approbatione domini Prio-

ris

ris; & Camerariorum. Siquis contra eum, in his, quę ad exequutionem ſui pertinent officij iure, vel iniuria inſurrexerit, aut quouis modo contumelioſus fuerit, vno menſe diſtributionibus vacet, & vlterius pro delicti menſura à Capitulo puniatur.

De Diſtributore, atque eius officio. Cap. XXV.





B eiſdem Priore, & Camerarijs, vt in Capitulo de officialium creatione dictum eſt, denominentur in Diſtributorem eligendum, & eligatur, vt in eodem ipſo capitulo. Is teneatur Iuramentum pręſtare, ſe nihil facturum in pręiudicium noſtrę maſſę, aut præter noſtrarum conſtitutionum diſpoſitionem, & idoneos ſuę futurę adminiſtrationis fideiuſſores, extra tamen familiam noſtrã, intra dies octo, qui tamen per duas partes tripartiti Capituli votorum proben-

tur

tur, & acceptentur. Habeat is in suo officio Camerarios superiores, vnà cum Priore, pro vt tamen in Capitulo suæ auctoritatis continetur, & ab eis exigendi, atque omnia & quęcunque generaliter, & agendi mandatum accipiat, & omnia illorum nomine exequatur, & in omnibus pareat, & obediat: A quibuscunque nostri Capituli debitoribus, ac fictuarijs creditum expetat; Agat contra omnes, cum opus fuerit, vigore mandati vsque ad integram debiti satisfationem, Colligat in locis solitis, tum per agentes, tum per locorum factores, fideliterque recipiat, & custodiat omnes, & quoscunque redditus, & prouentus quomodocunque exigendos, eosq; vendat, vendique faciat temporibus congruis, Priore, & Camerarijs ante consultis. Non possit tamen eos ipse emere, nec alicui nostrę familię, neque etiam Priori, aut Camerarijs ipsis, siue alijs pro eis sub quouis pretextu vèndere, nisi cum expresso consensu Capituli. Si contrafecerit ad maioris valoris solutionem adstringi possit, quo tempore sui officij res ipsę venundari potuissent. Omnem pecuniarũ quanti-

tita-

titatem teneat penes ſe,primum ſingulis mẽſibus, vt a Sacriſta, & Chori magiſtro computum habuerit in diſtributiones deſeruientium conuertendam,retentis tamen appunctaturis, & pęnis omnibus in quemquam inflictis; & impoſitis in præſentibus conſtitutionibus taxatis,& declaratis deindè in ſalaria, prouiſiones, penſiones, creditores quoſcunque, vſuſque alios, & neceſsitates tàm ordinarias, quàm extraordinarias etiam pro ornatu Eccleſię; prout acciderit, & ab ipſis habuerit in mandatis,ſine quorum commiſſione ipſum nihil omnino poſſe expendere declaramus, exceptis quotidianis prædictis diſtributionibus, ſtreniſque ſolitis, & conſuetis. Nulli etiam mutuo dare audeat, aut ſuprà id de pecunia Capituli perſoluere, quod non debet,ſecus faciens, ſuo periculo feciſſe non ignoret, vt in Capitulo; Ne quis ab Agentibus Capituli mutuetur,& cęter. continetur. Librum teneat, vt moris eſt dati, & accepti ſiuè diarium ex quo rationes deſcriptas qualibet hebdomade poſt approbationem Prioris, & Camerariorum, ſcriba noſter transferat in maiorem Codicem. Sit


ſuper

ſuper omnibus reparationibus, litibus, alijſque negotijs ingruentibus, pro vt à capitulo, & à Camerarijs (vt ſuprà) illi iniunctum fuerit. Pro laboris ſui mercede habeat, ſibique retinere poſſit vſque ad ſummam librarum noſtrę monetæ quatuor millium paruulos duos, vltra hanc quatuor pro qualibet libra, videlicet de omnibus pecunijs tantum, quas à quibuſcunque noſtri Capituli debitoribus exegerit. His tamen exceptis, quæ ex optionibus Camerarum, taxis, nouiſque rerum conuentionibus quibuſcunque, ex taxa ſtudij Piſani, ex Monte Pietatis, ex Monte Craticularum, & ex liuellarijs partium Romandiolę, & ex prouentibus, & redditibus bonorum omnium Sanctę Montanę, & ex reſcuſsione ab Ærario publico facienda delegato Sereniſſimi Magni Ducis Ferdinandi, creditiſque extraordinarijs exigerentur, nec non receptis ex redditibus noſtrarum poſſeſſionum, atque ex venditionibus frumentorum, bladarum, vini, olei, aliorumque noſtrorum prouentuum, de quibus nihil debeat retinere, & vt commodius negotijs vacare queat, in omnibus diurnis officijs,

etiam

etiam ſi non adfuerit, pro pręſenti habeatur, dummodo de miſſis celebrandis Eccleſia nõ fraudetur, & in nocturnis non punctetur. Sit in officio annum vnum, & poſſit in eodem ad libitum Capituli confirmari. Teneatur pręterea in finem cuiuslibet anni infrà menſem, poſt expletum officium ſuę administrationis, Priori, & Camerarijs reddere rationem; & omnia quæ ad eius manus peruenerint cum effectu nouo Diſtributori cõſignare, alioquin diſtributionibus, & omnibus Eccleſiæ noſtræ commodis vacet abſque alia declaratione, donec contumax eſſe deſierit; & omnia quę in eius manibus tunc reperientur cum effectu, nec in eius creditum admittantur expenſę, quas abſque Capituli aſſenſu in litibus, ſiue alijs huiuſcemodi extraordinarijs ad libitum feciſſet, quarum nullam rationem habere debeant Domini Camerarij, alioquin de ſuo proprio Capitulo teneantur, & in omnem euentum contrà eum, & nihilominus contrà eum, eiuſque fideiuſſores modis omnibus procedatur.

Ne quis ab Agentibus Capituli mutuetur. Cap. XXVI.






T multa vitemus, quæ non sine aliquo nostri Capituli detrimento euenire possent, statuimus, vt post hac nullus Ecclesiæ nostræ cuiuscunque dignitatis existat, vllo vnquam modo; collusione, seù prętextu posśit à nostrarum posseśsionum factoribus, Agentibus, aut quauis ratione ministris, etiã terrarum laboratoribus pecunias, seu prædiorum fructus cuiuscunque generis mutuo sumere nequè illi etiam similiter dare: Siquis contrauenerit, qui sumet, integrè seruiendo loco mulctæ mẽsis vnius distributiones amittat, & mutuum nullo vnquam modo possit Capitulo assignari. Quotiescunque autem constet Dominis Operarijs, factores, aut Agentes Capituli Ministros, aut laboratores quomodolibet mutuasse; aut accomodasse contrà formam prędictam partito inter eos

inito;

inito; & obtento poſſint memorare Capitulo, vt eos à dicto officio remoueant abſque aliqua ſpe vnquam ad illud reſtitui poſſe; & in futurum nullo vnquam tempore ad aliquod dictæ Eccleſię ſeruitium admitti. Declarantes nihilominus, diſtributorem mutuò poſſe ſeruientibus aliquid de diſtributionibus currentis menſis appendere pro neceſſitate petentis, ità tamen, vt in fine menſis cum debitoribus, qui mutuò acceperunt, paria faciat, vt non remaneant debitores. Et ſi ſecus fecerit, quidquid ab eo commodatum fuerit in eiuſdem Diſtributoris debitum conuerti volumus, niſi debitorum nomina per ſuffragia Capitulum acceptauerit, & hoc ex reſcripto Sereniſſimi Magni Ducis.

De Sacristæ officio. Cap. XXVII.





Edituus, siue Sacrista fideiussoribus datis, & officio inito, primum recipiat à Camerarijs, & Sacrista veteri rerum omnium inuentarium ad sacrariũ pertinentium, cuius exemplar manu eius subscriptum custodi Archiuij consignetur. Hic pro Sacristię ministerijs, tres ad libitum clericos teneat. Cuius potissima cura sit circa missarum celebrationem, in qua ei tàm Capellanos, quam Canonicos obedire volumus. Sed contumaces Capellanos ab eo punctari folio lineis (vt moris est) cancellato, vnoquoque mense mutando; in quo etiam lucri, mulctęque ponantur primorum octo cęlebrantium à die Resurrectionis Domini, ad vltimam mensis Octobris, vt in Capitulo de missarum celebratione decernitur: Et ne in punctationibus huiuscemodi suam oneret cõscientiam, sciat aliàs sibi, & alijs Sacristis de

man-

mandato Archiepiſcopi fuiſſe iniunctum, ſub pœna periurij, excõmunicationis, priuationis officij; & reſtitutionis damni perpeſsi; vt prędictos à miſſarum celebratione deficientes punctaret. Quod laudamus, & confirmamus; & ad dictas pęnas eos teneri volumus, niſi ſingulis menſibus punctorum folium Ratiocinatori noſtro, vt eas ex diſtributionibus detrahat, fideliter conſignauerit, notulamque eorum non participantium Camerario pauperum, vt eos ad Curiam trahens ad dictarum mulctarum ſolutionem adſtringat, pro vt in Capitulo de pœnis, & alibi cõtinetur, quę mulctę infrà terminum duorum mẽſiũ pro eleemoſinis pauperibus ipſius Parochię tradantur, ſeruato ſtylo eleemoſinarum, quę diſtribuuntur pauperibus infirmis; Poſſit tamen eos iuſtis cauſis, & rationabilibus impedimentis excuſare; Addentes nihilominus, vt ex mulctis participantiũ prędictis, pro earũ sũma tẽporibus cõgruis, pro vt dicto Sacriſtę videbitur, miſſas alias celebrandas curet de conſenſu nihilominus Prioris, & Camerariorum. Feſtiuitates inſuper, & defunctorum officia in Tabula magna deſcripta,
curet

curet,vt diebus statis celebrentur, choroque interessentes, & qui pro interessentibus haberi debent, in libro similiter cancellato ita notet, vt qui absuerit non lucretur, ei mandante, vt hoc per rotulum exequatur. Habeat prẹterea duos libros in quorum alterũ missas participantium, processionum, quarumcunque congregationum, cantorum, eorumque,qui ad mortuaria,theutonicorum festiuitatumque sacrarij parantur, funeralium vniuersorum, etiam ad Capitulum pertinentium, aliorumque extraordinariorum; quorum eleemosinas eum exigere; & inter eos, qui adsuerint, distribuere volumus, separatim rationem teneat. In altero vero sub titulo dati, & accepti cerarum omnium, vini, olei, pecuniarumque in eius manibus à Distributore nostro, vel à congregationum Camerarijs, ex cerę restauris, aut aliter quomodocunque, & vndecunque deueniẽtinm. Tabulas dicti Sacrarij sic custodiat, vt sine fraude conseruentur. Canonicis ipsis, & si absuerint proprij, eorum partem supplentibus semper die anteriori suas hebdomadas per Clericum denuntiari faciat. Inuigilet

prę-


prȩterea, vt horis congruis lampades, & cerei accedantur, Ecclesia cultu debito prȩparetur, die noctuque campanȩ pulsentur, in hoc tamen (quo ad fieri potest) Cathedralem Ecclesiam imitatus. Quando verò horariȩ prȩces, aut alia officia decantari debent, in eo Choristæ obediat. Hominibus Societatis Corporis Christi signum per Campanulam (vt moris est) dari curet, quotiescunque ad infirmos aliquos Sanctissima Eucharistia fuerit deferenda. Ceras omnes vndecunque venerint in nostram Ecclesiam, postquam extinctæ fuerint, stateraque appensas, Cerario nostro consignet. Siquid paramentorum, vtensiliumque denuo superuenerint, statim suo inuentario adscribat. Sed cum sit quod paramenta ipsa, aliaque vtensilia diuino cultui deputata in graue damnum, & dedecus sȩpissimè commodentur; statuimus post hac nullo modo tàm laycis, quam aliarum Ecclesiarum Rectoribus commodari posse, aut penes se retineri, sine expresso Capituli consensu sub mulcta librarum quinque, quod si factum fuerit in profanos vsus, vltra Dei Omnipotentis ire incursionem, tàm Sacrista, quã siquis

ſiquis alius noſtræ familiæ huius impietatis fuerit auctor, diſtributionibus careat menſes quatuor; Qua pęna is etiam puniatur; qui paramenta, quę Drappellones appellant, extrà Eccleſiam noſtram alicui commodauerit, cum id nobis ſpecialiter per Principis literas prohibitum ſit. Teneatur etiam ſecundo quoque menſe minutarum candelarum prouentum diſtributori rationem reddere. Pro ſuorum laborum mercede quotannis à Diſtributore noſtro ei librę XXXXII. ſoluantur, & pro minutarum. Candelarum deceſſione librę XII. inſuper exemptus ſit ab omni Chori onere, ſed non vacet a miſſarũ celebratione. Siquis vero in his, quę ad eius officium pertinent, publice contrà eum iure, vel iniuria inſurrexerit, aut quomodocunque iniurioſus fuerit, aut ipſe *S*acriſta alijs; cum ab eo offenſus ad Capitulum referre debeat, diebus quindecim diſtributionibus careat, & vlterius pro delicti menſura ad libitum Capituli puniatur. In fine officij cuiuſlibet anni, etiam ſi fuerit cõfirmatus, *S*acrarij tamen inuentarium à Priore, & Camerarijs recenſeatur, ac etiam infrà menſem ſuę prę-

terite

teritę adminiſtrationis rationem reddat. Deque omnibus à ſe geſtis inter eos penitus trāſigatur. Siquid autem illi in manu remanſerit, infra dies octo a tranſactione facta, ſatiſfacere teneatur, alias omnibus diſtributionibus priuatus ſit, donec integre ſatisfecerit, & nihilominus contra eum, ac eius fideiuſſores agatur.

De Chori. & Paraturæ Diſtributionibus. Cap. XXVIII.





Iſtributionum genera in quantitate diuerſa ſunt iuxta diuerſæ totius officij genera, Trifariam inſuper conſiderantur; Sunt enim Maiora, & Minora Solemnia, & Duplicia ſemiduplicia ſimplicia cum ferialibus, quorum vnicuique ſua competit diſtributio; De his igitur, & de alijs eiſdem conſequentibus in hoc capite dicendum eſt.

De Solemnibus Maioribus.

MAiora solemnia, quæ & solemnissima nuncupantur, sunt infrascripta videlicet. Festum.

SANCTI LAVRENTII MARTYRIS PATRIS NOSTRI.

SANCTORVM COSMÆ, & DAMIANI.

Omnium Sanctorum.

Commemoratio omnium fidelium Defunctorum.

Natiuitas D. N. Iesu Christi.

Dominica eiusdem Resurrectionis.

Dominica Pentecostes.

Et quæ sequuntur quamuis sint solemnia, tamen sunt solemnissima ad distributionem tantum videlicet. Festum

Sanctissimæ Trinitatis.

Sanctissimi Corporis Christi.

Circuncisio Domini.

Epiphania Domini.

Ascensio Domini.

Assum-

Assumptio Natiuitas Annuntiatio Purificatio	Virginis Mariæ.

Festum Sanctorum Petri, & Pauli
Sancti Ioannis Baptistæ.
Dominica Palmarum.
Feria quinta, & sesta Maioris hebdomadæ, et Sabbatum sanctum.
Dominica in Albis.

In his diebus distribuitur cuilibet Canonico.

Pro matutinis sol. octo
Pro prima den. quatuor
Pro tertia, sexta, & nona sol. tres videlicet pro qualibet dictarum horarum sol. vnus.

Pro maiori missa sol. 9.
Pro vesperis totidem.
Pro Completorijs sol. 1.
Priori duplex vnius Canonici portio detur.
Cuilibet vero Capellano
Pro matutinis sol. 4.
Pro prima den. 4.
Pro

Parati pro Paratura lucrentur.

Canonicus
Pro mat. sol. 6.
Pro missa mat. sol. 7.
Pro vesp. sol. 7.

Capellanus
Pro matut. sol. 3.
Pro

Pro tertia, sexta, & nona, sol. 2.
Videlicet pro qualibet dictarum horarum den. 8.
Pro missa sol. 4.
Pro vesperis totidem.
Pro Complet. den. 4.
Pro missa sol. 3.
Pro vesp. sol. 3.
Prior duplum vnius Canonici recipiat.

De Minoribus Solemnibus.

MInora solemnia sunt hæc videlicet Secunda, & Tertia Feria Pentecostes Secunda, & Tertia Feria Resurrectionis D. N. Iesu Christi.

Festum Sancti Stephani
Sancti Ioannis Euangelistæ
Sancti Barnabæ
Visitationis Virginis Mariæ
Sancti Romuli
Sancti Ioannis Gualberti
S. Bonauenturæ
S. Iacobi
Sanctæ Annæ
S. Martæ
S. Mariæ Magdalenæ
S. Stephani Papæ, & Martyris
S. Mariæ Niuis
Trãsfigurationis Domini
S. Xysti
S. Concordiæ

San-

S. Bartholomei
S. Amati
S. Augustini
Decollationis s. Ioannis Baptistæ
Exaltationis s. Crucis
Dedicationis s. Michaelis Arcangeli
S. Matthei
S. Hieronymi
S. Francisci
S. Lucæ
Sanctorum Simonis, et Iudæ
S. Marci Papæ
S. Martini Episcopi, & Confessoris
S. Crescij
Præsentationis V. M.
S. Catherinæ v. & m.
S. Andreæ
S. Nicolai
S. Ambrosii
Conceptionis V. M.
Sanctæ Luciæ
Translationis Reliquiarum
S. Thomæ
Sanctorum Innocentiũ
S. Siluestri
S. Antonij
Sanctorum Fabiani, et Sebastiani
Conuersionis s. Pauli
Translationis sancti Zenobij
S. Matthiæ
S. Thomæ Aquinatis
S. Gregorij
S. Ioseph
S. Benedicti
Consecrationis Metropolitanæ Eccles. Flor.
S Marci Euangelistæ
Sanctorum Philippi, & Iacobi
S. Antonini
Inuentionis s. Crucis
S. Zenobij Episcopi Florentini

Quæ

Quæ autem sequuntur, sunt solemnia ad distributionem tantum.

Dominicæ totius Anni
Feria Quarta Cinerum.
Feriæ Sextæ Martij, & Quadragesimæ:
Feria secunda, tertia, & quarta maioris Hebdomadæ.
Missa Vigiliarum, & Sabbatorum Quatuor Temporum.

In his solemnibus minoribus lucratur quilibet Canonicus.

Pro matutinis sol. 6
Pro prima den. 4
Pro tertia, sexta, & nona sol 3
Pro missa sol. 7
Pro vesperis sol. 7
Pro completor. sol. 1.
Priori vero distribuatur duplex portio vt supra

Capellanus vero.

Pro matutinis sol. 3
Pro

Parati pro paratura lucrentur Canonicus
Pro matutinis sol. 4
Pro missa sol. 5
Pro vesperis sol. 5

Et Capellanus.

Pro matutinis sol. 2
Pro missa sol. 2
Pro vesperis sol. 2
Et Prior duplum vnius Canonici.

Pro prima den. 4
Pro tertia, sexta, & nona sol. 2
Pro missa sol. 3
Pro vesperis sol. 3
Pro completorijs den. quatuor.

In Diebus omnibus solemnissimis, & solemnibus supradictis, & etiam in illis ad distributionem tantum Canonici Completorijs interessentes, quilibet eorum lucretur sol. 1. vt supra dictum est, additis diebus.

Octauarum Corporis Christi.
Sancti Andreæ Episcopi Florentini
Sancti Podij
Sancti Eugenij
Sancti Crescentij
Et feria quarta Cinerum.
Et exceptis hisce solẽnibus, in quibus in Completorijs Canonici non lucrantur, videlicet.
Sanctæ Annæ
Sanctæ Martæ
Sancti Stephani Papæ, & Martyris
Exaltationis Sanctæ Crucis
S. Antonini
S. Bonauenturæ
S. Romuli
S Nicolai

Con-

Consecrationis Metropolitanæ Ecclesiæ Florentinæ
S. Luciæ
Conuersionis s. Pauli
Translationis s. Zenobij
S. Thomæ Aquinatis
S. Agustini
Decollationis s. Ioannis Baptistæ
Feria secunda, tertia, & quarta Maioris Hedomadæ.

De duplicibus, semiduplicibus, simplicibus, & ferialibus, in quibus distributio fieri debet hoc modo videlicet.

Canonico
Ad matutinum sol. 4
Ad primam den. 4
Ad tertiam, sextam, & nonam sol. 3
Ad missam sol. 5
Ad vesperas sol. 5
Priori verò semper duplum.

Capellano
Ad matutinum sol. 2
Ad primam den. 4
Ad tertiam sextam, &

Parati lucrantur pro paratura.

Capellanus
Pro matutinis sol. 1
Pro missa sol. 1
Pro vosperis sol. 1
Et semper pro horis minoribus in solemnissimis, solemnibus, duplicibus, semiduplicibus, simplicibus, & ferialibus pro Paratura, & officio Cantoris

& nonam sol. 2	toris, & Hebdomadarij.
Ad missam sol. 2	Capellanus lucretur.
Ad vesperas sol. 2	Pro prima den. 4
Ad Completorium denari 4.	Pro tertia den. 4
	Pro sexta den. 4
	Pro nona den. 4
	Pro Completorijs denarios 4.

In Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi vltra ordinariam distributionem distribuuntur cuilibet Canonico.

Pro primis Vesperis
Pro Matutinis
Pro prima Missa noctis
Pro secunda in Aurora
Pro Tertia,
Et pro secundis Vesperis pro qualibet vice sol. 13. & den. 4.

Prior verò semper duplicem portionem recipiat, & Capellanus dimidium vnius Canonici videlicet sol. 6. & den. 8. pro qualibet vice.

P In

In feſto Sancti Laurentij vltrà ordinariam diſtributionem cuilibet Canonico.

Pro nocturno
Pro miſſa maiori, &
Pro ſecundis veſperis
Pro qualibet vice ſol. 13 & den. 4.
Priori vero duplum, &
Capellanus dimidiũ vnius Canonici videlicet.
Pro qualibet vice ſol 6. & den. 8.

Et qui non interfuerint Completorijs in Vigilia, ſicuti in Feſto non lucrentur hanc diſtributionem extraordinariam.

In Paſcate Reſurrectionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, omnes qui interfuerint audiendis Confeſſionibus, & reconciliationibus, & comunicando Populum in noſtra Eccleſia, ſaltem à matutino vſque ad tertiam; vel ſaltem à tertia vſque ad ſalutationem Angelicam videlicet, Prior lucretur libras quatuor, Canonicus libras duas, & Capellanus libram vnam: Declarando quod D. Prior, & Camerarij debeant, quotannis declarare:

re:

re; qui debeant intereſſe à matutino vſque ad tertiam, & à tertia vſque ad ſalutationem Angelicam.

De Benedictionibus, & Proceſſionibus minoribus.

IN ſingulis autem Benedictionibus, & Proceſsionibus minoribus totius anni, & in lotione Pedum recipiat.

Prior ſol. 8	*Pro paratura quando Canonici ſunt Parati, recipiat quiſque eorum ſol. 2*
Canonicus ſol. 4 &	*Capellanus ſol. 1*
Capellanus ſol. 2	*Prior quatuor ſol.*

Declarando, quod quando ſtatim poſt Benedictionem fit Proceſsio admittantur omnes, & ad Benedictionem, & ad Proceſsionem, exceptis Proceſsionibus, quæ fiunt ad Capellam Beatæ Virginis Dominicis, & alijs diebus.

De Processionibus maioribus.

PRo Processionibus, quas lustrationes appellant, videlicet Sanctissimi Corporis Christi, Sancti Ioannis Baptistæ, & Dominicæ infrà octauam Corporis Christi in nostra Parochia, & cum Icon. Virginis Imprunetæ Florentiam venit, & aliæ huiusmodi.

Priori distribuantur libræ octo
Canonico libræ quatuor, &
Capellano libræ duo.

Sed, & Cantores induti pluuialibus vltra ordinariã distributionẽ
Lucrentur pro Paratura singuli sol. 5.
Canonicus 10. &
Prior 20

Verum illos ad has Processionum distributiones non admittendos esse decernimus, siuè Prior, siuè Canonicus, siuè Capellanus sit, qui in exitu de Platea nostra non adfuerint Crucis comites, quique Crucem ipsam reuertentem vsque ad Ecclesiæ ianuam non fuerint comitati, & infirmi lucrentur solum distributiones antiquas, vt in præteritis Constitutionibus de anno 1566. videlicet.

Prior

Prior viginti octo sol.
Canonicus sol. quatuordecim, et
Capellanus sol. septem.

De Nocturno in Vigilia S. Laurentij.

Prior recipiat sol. 8
Canonicus sol. 4 et
Capellanus sol. 2

Parati vltrà distributionem ordinariam.
Prior recipiat pro paratura sol. 4
Canonicus sol. 2 et
Capellanus sol. 1

In Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum in Missa vltra ordinariam Distributionem, Sacrista admittat ad Candelas, vt in officijs maioribus, sicuti solitū est.

De Precibus Feriarum.

QVotiescunque recitantur in Choro nocturni mortuorum, septem psalmi Penitentiales, et graduales; vltrà ordinariam distributionem illius diei lucretur pro Vesperis, & Nocturno cum laudibus Defunctorum quilibet Capellanus sol. 2

Pro septem Psalmis Penitentialibus sol. 2

Pro Gradualibus sol. 2

Canonicus duplum, Prior vero duplum Canonici, & idem seruetur pro nocturnis mortuorum cum laudibus in morte alicuius Prioris, Canonici, vel Capellani, & in officio generali, quod celebratur prima die Martis post octauam Sancti Laurentij; Prior tamen, & Canonicus, qui huiusmodi vult gaudere Distributione, tenetur interesse etiam Completorio, licet in eo nihil lucretur, quod si absuerint non sunt admittendi, & Capellani, qui funguntur officio parati, quilibet eorum pro illa paratura lucretur sol vnum & insuper omnes non admittantur ad distributionem Vesperarum, nisi intersint Vesperis mortuorum.

De Officijs mortuorum, seu Anniuersarijs.

OFficia mortuorum, quæ dicuntur à Tauola, & ad quæ admittit Sacrista trifarie appellantur, videlicet maiora, vel Medicea, quæ cantantur à Domino Priore;

Cano-

Canonicalia, quæ cantantur à Canonico, & ordinaria quæ cantantur à Capellano; In maioribus distribuantur libræ viginti quatuor, videlicet libræ duodecim Choro, & libræ duodecim pro Cera; In Canonicalibus libræ quindecim pro Choro, & Cera, & in ordinarijs libræ nouem; & in missis absque nocturnis libræ sex, & similiter in Congregationibus In dictis officijs, ac Sacristiæ festis, hoc modo distributio fieri debet.

Priori pro qualibet libra den. sexdecim
Canonico den octo, &
Capellano den. quatuor, &
Pro paratura in Maioribus officijs parati lucrentur.
Prior sol. octo, & pro cera dupla sol. 16
Canonicus sol. quatuor, & pro cera dupla sol. octo.
Capellanus sol. duos, & pro cera dupla sol. 4

In Canonicalibus pro Paratura.

Canonicus sol. quatuor
Capellanus sol. duos

In ordinarijs pro Paratura.

Capellanus sol. vnum.

In dictis Sacristiæ festis distribuuntur pro primis, & secundis Vesperis, & in Missa libræ nouem, præterquam in illa S. Ioannis Euangelistæ; & in illa Virginis Annuntiatæ, in qua distribuuntur libræ viginti septem, & Parati non sunt admittendi in hisce festis, nisi à Chorista, qui ad solitas Paraturas Chori eos admittit; & in Missis Planis distribuantur libræ septem, & sol. decem.

De festis externis, & S. Marci distributione.

IN omnibus autem festis externis, tam in nostræ Ecclesiæ nexis, quam in alijs celebrandis idem modus semper distribuendi seruetur, vt videlicet Canonicus duplam vnius Capellani, Prior verò duplam vnius Canonici portionem accipiat Declarantes summam in festo Sancti Marci veteris distribuendam eam fore, vt Capellano viginti,

Cano-

Canonico quadraginta, Priori solidi octuaginta distribuantur, & idem seruetur in Ecclesia Sancti Bartolomei, sed pro tribus vicibus, in alijs ad vsum solitum nos remittentes, verum Canonicus, qui in dicta Ecclesia Sancti Marci, & Sancti Bartolomei Missam, aut Vesperas cantauerit, pro qualibet vice, vltrà ordinarium admittatur ad quinque sol. distributionem. Quod, si Prior ipse cantare voluerit, possit, & sibi liceat pro iure suo.

De Candelarum distributione in die Purificationis.

Item in die Purificationis post Benedictionem Candelarum detur Priori Candela vna Alba sexdecim vnciarum; Canonico vna octo vnciarum; & Capellano vna quatuor vnciarum, & pro processione dentur Candelæ albæ Priori quatuor vnciarum trium, Canonico duo, Capellano vna, Paratis detur dupla portio tantum, etiam si officiales fuerint; Distributori, duobus Camerarijs, & singulis alijs officialibus familiæ nostræ, vnicuique tamen pro gradu suo, similiter dupla portio distribuatur.

Notandum est, quod modus distribuendi, tàm in distributionibus Sacristiæ, quam Chori, obseruetur vt suprà notatum est, quamuis in sententia Reuerendissimi D. Vicarij ad relationem Domini Octauij Puri Mangonij in capite primo ad fauorem Canonicorũ, & in Capite secundo, quinto, & sexto ad fauorem Capellanorum aliter disponatur, in reliquis vero Sententia ipsa in suo robore omnino permaneat.

De distributionibus non alterandis, & qui eas participandi sunt habiles.

HAs autem omnes Distributiones superius declaratas statuimus non posse, aut debere minui, nec augeri nisi de Cõmuni Capituli consensu cum expressa etiam scientia, & consilio nostrorum Conseruatorum, qui pro tempore fuerint. Quarum capaces tantũmodo esse volumus illos Canonicos; qui suis præbendis integre cum sua Canonicali Dignitate potiuntur numero videlicet xiij. Sed ex his, qui saltem sunt ad Sacrum Subdiaconatus ordinem promoti;

qui

qui verò non fuerint in Sacris ordinibus cō-stituti, atque eos, qui iam vltrà numerum ad primas vacaturas præbēdas recepti sunt, & quos in futurum recipi contigerit harum distributionum incapaces omnino, & non participes esse volumus, decernimus, & declaramus. Si vero in futurum contigerit; quod redditus, & facultates Ecclesiæ nostræ auctæ fuerint, adeo quod possint augeri distributiones, augumentum semper fiat, & cedat in utilitatem tam Domini Prioris, & Canonicorum, quam Capellanorum per simplum, & duplum scilicet in illis officijs tantum, in quibus Canonici duplum Capellani participant.

De septem Psalmis Penitentialibus, & Missa plana pro Serenissimo Ferdinando Medices Mag. Hetr. Duce, & suis Prędecessoribus Serenissimis.

SErenissimus Ferdinandus Medices Magnus Dux Hetr. felicis recordationis in suo Testamento obligauit Ecclesiæ nostræ Clerū

certis quibusdam diebus, collegialiter proficisci post vesperas ad recitandum septem Psalmos pœnitentiales in Capellam, vbi requiescit corpus ipsius; At non interessentes dictis septem Psalmis in pœnam incidant pro vt in partito nostri Capituli sub die octaua Aprilis 1609. in libro suffragiorum, & deliberationũ signato f.car. 151. & similiter obligauit omnes tam Canonicos, quam Capellanos; vt singulo quoque die, exceptis solemnibus, celebrent in dicta Capella Missam vnam in Aurora pro anima sua, & suorum, pro vt latius in suo Testamento, cuius voluntatem secutus Serenissimus Cosmus eius filius assignauit capitulo nostro singulis annis Florenos ducentos auri de libris septem pro Floreno in publico Ærario, quod vulgo dicitur Depositeria; quam summam Capitulum nostrum distribuendam in hunc modum curauit videlicet, vt Chorista distribuat pro Missa solidos decem singulis vicibus, sibique retineat quotannis libras quatuordecim pro sua mercede, & de residuo singulis mensibus iuxta dierum, & interessentium numerum distribuat ratham


tan-

tangentem per simplum, & duplum vnicuique suam portionem, vt videlicet Canonicus duplam vnius Capellani, Prior verò duplã vnius Canonici portionem accipiat; & vt maior numerus semper inueniatur, hanc distributionem non accipiant, nisi præsentes, neque excusentur infirmi, nec aliquo negotio spirituali, vel tẽporali Ecclesiæ nostræ detenti. Punctus verò sit pro illis qui fuerint parati in Vesperis tertius psalmus, & pro alijs ne reminiscaris in principio, & debent recitari hoc modo. Postquam omnes in Processione post vesperas Collegialiter conuenerint in Sacristia, & quisque suo loco genibus flexis se accomodauerit, à D. Priore intonetur antiphona ne reminiscaris, cuius vocem duo cantores secuti incipiant psalmos, & deuotè Chorus recitet, sed post quam ad finem peruentum erit à Domino Priore intonetur si iniquitates, & à Choro dicatur Psalmus Deprofundis cum versiculo, requiem eternam, quo finito idem Prior, & in eius absentia antiquior Canonicus absque vlla mercede Paraturæ dicat, Absolue quæsumus. Quoniam officium celebratur pro Serenissimo

simo Ferdinando, & suis Serenissimis Prædecessoribus dicto Capitulo visum est, vt dignior in dicta Ecclesia fungatur officium. Verum Cantoribus pro officio Parati, quo funguntur, detur singulis sol. vnus, ac etiam ebdomadario; dies, in quibus recitari debeant sunt hi; In omnibus anni diebus exceptis Dominicis, feria quinta, sexta, & Sabbato maioris hebdomadæ, & solemnibus, & Vigilijs Festiuitatum à Sancta Ecclesia indictarum. Sed quando festum alicuius Sancti indicti cadit in diem lunæ, tunc, & eo casu Vigilia eius, quo ad non recitandos psalmos sit Dominica; et in Quadragesima, & in Aduentu, & alijs diebus, quando aliquod festum cadit in Dominicam, & remittitur die lunæ, vacetur à Psalmis diè, in quo cadit festum, & non in die in quo remittitur. Missa autem quæ dicitur in Aurora, vt supra dicatur singulis diebus præterquã diebus Dominicalibus; & solẽnibus; & hic ordo seruabitur incipiẽdo à D. Priore; & sic sequẽdo vsq; ad vltimũ substitutũ. Et insuper statuit quod qui impeditus fuerit, nulli committere possit, sed eius in tabula successori deueniat.

Qui

Quibus officijs quibusue terminis vnusquisque interesse debet. *Cap. XXIX.*





RIOR, & Canonici ab officio Virginis in totum, horisque dominicis, exceptis vesperis, certisque completorijs, Quę in Constitutione de Chori distributionibus apponuntur, cessare possint, alijs verò omnibus diuinis officijs interesse debeant: Capellani vero, eorumque vicem gerentes, illis omnibus nullo excepto, pro quolibet propriam distributionem recepturi, pro vt in earum Capite continetur. Terminos autem, quibus omnes (nisi interfuerint) pro absentibus habebuntur, infrascriptos statuimus: Priori, & Canonicis in matutinis antequam inuitatorium expleatur, in Vesperis, suisque completorijs, Feriarum prçcibus, Nocturnis simplicibus antequam finiatur psalmus primus. Qui terminus idem sit in missis pro mor-

mortuis, quę incipiunt à Vigilijs. In alijs omnibus Kyrie eleyson vltimi decantatio. Capellani verò, & substituti adsint in matutinis, & vesperis quando dicitur officium Virginis infrà tres primos Virginis psalmos, Quando non dicitur in matutinis autem infrà totum inuitatorium; In vesperis, singulis dominicis horis, feriarũ pręcibus, & Nocturnis infrà primum psalmum, quem terminum eis similiter assignamus in mortuorum missis vigilias habentibus, & in alijs omnibus repetitionẽ introitus. Omnibus verò Canonicis, & Capellanis primam prophetiam in vigilias habentibus; & in alijs omnibus repetitionem introitus. Omnibus verò Canonicis, & Capellanis primam prophetiam in vigilia Pent. in sab. maioris hebdomadę: Qua die qui Cerei benedictionibus non interfuerint ouorum careant distributione. Cum verò dicuntur vesperę mortuorum qui vsque ad dictarum finem non permanserit, tanquam si etiam Dominicis vesperis antedictis non interfuisset, habeatur. Lotioni pedum punctum sit Euangelium, & Benedictionibus omnibus prima oratio, istud addendo

dendo quod prędictis dilationibus punctorũ gaudere non possint, nec debeant existentes in Ecclesia; & in sacrario, & specialiter in porta claustri; sed statim incepto officio intrare debeant in Choro, aliter non admittantur; Volumus autem quod tàm Capellani, quàm Canonici, & Prior in Choro sedulo; & assiduè esse debeant; & permanere vsque ad Sacerdotis ab altari discessum, atque vltimum horarum finem. Dominicis vero diebus, atque alijs quibus fit processio ad Capellam Beatę Virginis, quousque paratus ad sacrarium remeauerit, eundemque vsque ad altare maius processionaliter comitati fuerint: Et in Quadragesima cum post missam concionatur, aut cum post Domini Corporis eleuationem cantantur vesperæ, ipsa eleuatio sit punctus. Siquis autem necessitate corporis, aut alio negotio, quod differri nequeat à Choro discesserit, quanto citius fieri potest, reuertatur, ità quod intersit primę finalium orationum, tàm in matutinis, & vesperis, quàm in missis; Qui verò primis, pariter, & vltimis dictis terminis non adfuerint, Prior, & Canonici non admittantur,


alij non ſolum illius horę, vel miſſę perdant distributiones, ſed etiam in tantumdem à Choriſta mulctentur; prçterquam in miſſis pro mortuis; in quibus contumaces non admittendos tantum decernimus; Capellanis nihilominus prohibentes eadem pœna, ne diſcedant niſi à Choriſta petita, & obtenta licentia: Quę non pluribus, quam duobus eodem tempore concedatur, niſi pro Eccleſię ſeruitio, & neceſſitate; & his etiam pro celebratione miſſarum: Plures in ſacro aditu eſſe non poſſint, præter eos qui fuerint ad altare vno tantum addito Canonico. Quod ſiqui citrà neceſſitatem ibi, aut in Eccleſia ſedendo, vel confabulando à Choro enormiter abſuerint; tanquam in agro Dominico infructuoſi, & inaniter laborantes, etiam ſi in Chorum ad præfixos terminos reuertentur, Canonici tamen non admittantur, & alij vlterius ſolita mulcta notentur. Illud enormiter interpretantes, ſi capto puncto (vt aiunt) diſcedentes prçfationi non interfuerint, aut ſimili abſuerint ſpatio, in quo illorum, & Choriſtę prçſertim conſcientiam oneramus. Nullatenus permittentes tàm

Cano-

Canonicum: quam aliorum dum diuina celebrantur officia cum habitu, & cocta respectiue per Ecclesiam deambulationem sursum; & deorsum discursionem, sub pęna amissionis distributionum illius diei: Siquis verò ab aliquo requiratur, & pro necessitate fuerit immorandum, tunc in claustrum, vel in sacrarium ab Ecclesia fiat discessio. In funeralibus, & processionibus quibuscunque pro præsentibus habeantur; Qui bini, & non turmatim Clericis antecedentibus, e porta nostrę Ecclesię egredientur, & eodem ordine ad Ecclesiam reuertentur. Qui verò remanserint, aut pro celebratione missarum, aut alio detenti seruitio, tunc admittantur si expediti cum habitu cotta, & almutio redeuntes in eiusdem Ecclesię porta susceperint.

De Chori obseruantia.

Cap. XXX.






OLVMVS autèm vt omnes locis sibi congruentibus maneant, deuotè psallant, minimè dormitent libellum nullum, nequè etiam breuiarium lectitent, sed tantummodo his lectionibus occupentur, quæ in Choro leguntur, siuè cantantur. Colloquijs omnibus; & mutuis confabulationibus omninò abstineant. Ad Antiphonas aliaque à Cantoribus inuitati Canonici caput denudent, & ad intonandum assurgant; & Capellani inuitati à Cantoribus assurgant; & ad intonandum procedant in medium. Ad nomen Iesu genua cordis flectant, quod Capitis inclinatione testentur. In alijs omnibus seruetur ritus Romani cerimonialis. Seditiones autem; & clamores caueant ne laicis scandalum excitetur. Quando fit pro-

processio ad Altare Virginis , confessionum audientes , si poterunt citra scandalum confitentis, eo paruo temporis spatio procedant cum alijs : priusquam autem è Choro egrediantur, vnusquisque se suo loco componat, in supradictis omnibus contumaces Canonici non admittantur , alij verò puncto notentur , & pro qualitate erratі Chorista iure suo vtatur in delinquentes . Nullus insuper ex Canonicis Iudex delegatus alicuius commissionis etiam Apostolicæ actum aliquem Iudicialem facere, aut literas Apostolicas, seu Breuia , & huiusmodi commissiones , dum diuina officia celebrantur acceptare præsumat . Secus faciens dies decem careat distributionibus.

De officio Magistri Cerimoniarum. Cap. XXXI.







Erimoniarius nostri Chori teneatur, & debeat diligēter perspicere; & memoriter habere omnia contenta in Cerimoniali Romano à Sanctissimo Domino Clemente Octauo emisso, ac etiam si deinceps à Sanctissimis Pontificibus emanare contigerit, nec non Rubricas Missalis, & Breuiarij, contentaque in eis omnibus suis locis inuiolabiliter obseruari faciat, docendo quę docenda, & agenda à Domino Priore Canonicis Capellanis, & alijs Ecclesię nostrę ministris suis temporibus. Inobedientes, & renuentes verò distributionem illius diei, absque alia declaratione amittant. Qui Cerimoniarius, quando D. Prior paratur, vltra solitas distributiones Paraturam ad instar Cantorū lucretur, electio autem eius ad Capitulum pertineat, ad eius beneplacitum duratura.

De


De Præcedentia. Cap. XXXII.





T ne quid iurgij, aut diſſenſionis de prçcedentia oriatur, ordine antiquior non etate prçcedat, & ſubſtituto Capellanus, locum digniorem ſemper habere decernimus; Hebdomadario, cantoribusque in Choro tantum ſedendo poſt habitis; & extra chorum cantoribus; ſed in illis tantum funeribus, & proceſſionibus, quibus Canonici interſuerint, aliàs ſemper inter Capellanos Magiſtro primus, Choriſtę ſecundus locus cedatur. Supranumerarios quoque Canonicos poſt titulares, ordine antiquiores inter ſe præcedere volumus.

De Paraturis. Cap. XXXIII.





ARATVRAS vocamus quotiescunque siuè Prior, siuè Canonicus, siue Capellanus paratur, hoc est sacris vestibus ad rem diuinam peragendam induitur. Hę trifariam diuiduntur in Pontificales, & non Pontificales, atque Canonicales, in quibus infrascriptum ordinem seruari volumus.

De Paraturis Pontificalibus.

PAraturę Pontificales ex priuilegio semper Domino Priori competunt. Quæ sunt.

In solemnitate Sanctissimæ Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi.

In Pentecoste Similiter.

In festo Sanctissimi Laurentij Patris nostri.

In festo Sanctorum Mart. Cosmæ, & Damiani.

In

In ſolemnitate omnium Sanctorum.

In Commemoratione omnium defunctorũ, atque

In Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti.

In quibus etiam parari volumus octo Cantores, ad miſſam Canonicos tres, in Veſperis tres in Matutinis totidem. Præterea Capellanos duos, ad Mitram alterum, alterum vero ad Baculum paſtoralem gerendum,

De Paraturis non Pontificalibus.

RElìquæ vero non Pontificales, quæ ad R. D. Priorem pertinent, hæ ſunt.

In Benedictione fontis, & in Miſſa in Epiphania Domini.

In Benedictione Candelarum, & Miſſa in die Purificationis, ac Aſſumptionis Virginis.

Item in feſto Sancti Ioannis Euangeliſtę.

Item in omnibus alijs feſtiuitatibus in quibus propter nonnulla legata ipſe Dominus Prior tenetur.

In Benedictione Cinerum.

In Benedictione Palmarum; & in Missa eiusdem diei.
In Missa feria quinta maioris hebdomadę; & in lotione pedum eiusdem diei.
In Missa fer. *6*. maioris hebdomadę.
In Benedictione ignis, & Missa in Sabbato Sancto.
Sed in his non Pontificalibus parentur tantumodo cantores sex. excepta missa feriè sextę maioris hebdomadę & Dominica Pal marum.
Item pro Missę cęlebratione Canonici tres, videlicet hebdomadarius Canonicus, & reliqui duo in Tabula ordine subsequentes: Qui tamen possint inter se commodari; & gradui cedere, pro vt ipsis magis congruum, ac decens videbitur, vel Priori placuerit. Si verò Prior ægritudine, siuè aliquo negotio impeditus, huiusmodi munia obire non posset, Canonicus in Tabula hebdomadarius eius vices suppleat; nisi Prior ex Canonicis alicui supplendas, atque exequendas commiserit. Quod tantum intelligatur de Paraturis Pontificalibus, & maioris hebdomadę.

De

De Paraturis Canonicalibus.

IN ſolemnibus minoribus ad Miſſam pręparandus eſt Canonicus hebdomadarius cum tribus miniſtris Capellanis, & quatuor tantũmodo Cantoribus. Ad Veſperas autem; & Matutinas cum ſolo Miniſtro hebdomadario, & quatuor Cantoribus.

In omnibus vero Dominicalibus ad Miſſam pręparandus eſt Canonicus hebdomadarius cum tribus Miniſtris, & duobus tantũmodo Cantoribus non paratis, qui Cantores, quamuis non ſint parati, quotieſcunque in Choro funguntur officio parati, idem percipiunt vt dictum eſt in Cap. 28.

In officijs, ſeù Anniuerſarijs maioribus; quę inferius deſcripta ſunt, parandus eſt Prior, ſi voluerit cum tribus Canonicis, & quatuor Cantoribus, & ſi noluerit, vel impeditus fuerit, paretur Canonicus cum tribus Miniſtris ante Altare, & duobus Cantoribus in Choro.

De Officijs, seù Anniuersarijs.

ANniuersarium Clemētis Septimi Pont. Max. 28. Septemb.

Serenissimi Magni Ducis Cosmi, & Eleonorę eius vxoris 21. April. die.

Serenissimi Magni Ducis Francisci 21. Octobris.

Serenissimi Magni Ducis Ferdinandi 7. Februarij.

Magnifici Cosmi Ioannis Medices prima die Mercurij Augusti.

Serenissimæ Eleonorę Toletanę vxoris Serenissimi Mag. Ducis Cosmi Secunda die Mercurij Decembris.

Serenissimę Ioannę Austriacę vxoris Serenissimi Mag. Ducis Francisci 12. April.

Illustrissimi Cardinalis Ioannis Cosmi Med. & eius fratrum 20. Nouemb.

Excellentissimi Principis Francisci filij Serenissimi Ferdinandi 26. Maij.

Officium generale prima die Mercurij post Octauam S. Laurentij.

Do-

Dominæ Gineurę Laurentij Ioannis Medices 3. die Mercurij Septembris.

Laurentij Ioannis Auerardi Med. die Mercurij ante festum Sanctorum Cosmæ; & Damiani.

Ioannis Cosmę Medices prima die Mercurij Nouembr.

Petri Cosmæ Med. prima die Mercurij Decemb.

Ioannis Medices, & Marię Saluiatę Parentum Serenissimi Cosmi Magni Ducis die Mercurij post festum Sanctę Luciæ.

Petri Laurentij Petri Cosmi Med. die Mercurij ante Natiuitatem Domini nostri Iesu Christi.

Dominę Alphonsinę Vrsinę de Medic. die Mercurij proximiore 7. Februarij.

Ioannis Auerardi Med. 3. die mercurij Februarij.

Dominę Lucretię Petri Cosmi Med. die mercurij post Annuntiationem Beatæ Marię Virginis.

Laurentij Petri Cosmi Med. die prima mercurii April.

Do-

Dominę Nanninę Coſini *I*oannis Medices die Mercurij inter quartum decimum, & quintum decimum Aprilis.
*I*uliani Petri Coſmi Medices die Mercurij poſt feſtum *S*ancti Marci Euangeliſtæ.
*I*pſius *I*uliani in die ſequenti.
Franciſci Vrſinij *15*. *I*unij per annos 80. duraturum, quod terminabitur per totum Annum *1673*.
*I*acobi Sertonij *2*1. *I*ulij.
*I*oannis Baptiſtę Martellij Equitis *S*ancti *S*tephani *10*. *I*anuarij.
Leſmes à *S*tudillo *19*. Septembris.
Nicolai *I*oannis de Bonis 2. die mercurij Martij.
Nicolai de *S*pinis Canonici Eccleſię noſtræ *14*. Auguſti.
Franciſci de *S*eriacopis Canonici Eccleſiæ noſtrę 24. Nouemb. Annos 50. duraturum; & terminabitur per totum annum *16*41.
Laurentij de Fracaſsinis Capellani Eccleſiæ noſtrę *2*3. Auguſt. *I*n his Officijs, & Miſſis Congregationis, & ſi qua alia vnquam celebranda erunt ſemper paretur Prior cũ
tribus

tribus Canonicis, & quatuor Cantoribus; vt superius dictum est, quod si noluerit, vel impeditus fuerit paretur Canonicus cũ tribus Ministris, & duobus Cantoribus, prẹterquam in missis Congregationis semper, vel si Prior, vel si Canonicus paretur, non habeat nisi duos Ministros Capellanos, & duos Cantores.

In quacunque totius anni Dominica, & etiã in alijs diebus festum duplex inciderit decantanda est missa tàm de Dominica, quam de festo, sed in vna, videlicet principali, distribuatur sicuti ordinatur in Cap. 28. & in altera per simplum, & duplum. Et quando plures missæ cantantur, si vna ex ipsis solemnis sit, aliæ etiam quoad distributiones solemnes fiant, & similiter sequatur in solemnissimis. Prẹtereà si eodẽ die duẹ missæ Canonicales occurrerẽt, statuimus quod hebdomadarius vtram malit canere, sed nulli alteram committere possit, sed eius in Tabula successori deueniat. Decernimus etiam quod eunte extra Vrbem Canonico hebdomadario, vices illius suppleat eius in Tabula successor;

ſor; Qui hebdomadam illam expleat, hac tamen lege, vt ſuam quę ſequitur ſibi com petens non perdat, quod ſi interim hebdomadarius redierit, iure ſuo vtatur, proſequens (ſi velit) ac finiens hebdomadam illam, quæ ſibi in Tabula obuenerat. Statuimus etiam ad euitandas controuerſias, quod quilibet Canonicus ſi vltrà quinquageſimum milliarium abierit, omnino non currat in Tabula ſed infrà quinquaginta milliaria currat, ac rediens, ſua fungatur hebdomada. Quam hebdomadam incipere volumus in Veſperis Sabbati antè Dominicam incluſiuè. Infirmi currant in Tabula hebdomadarum, nec poſſint committere. Nullus Canonicus hebdomadarius vel ſubſequens poſſit committere vllo modo hebdomadas, ſiue alias paraturas ſuas, ſed ſuccedentibus deueniat.

De


De Paraturis Capellanorum.

IN omnibus duplicibus, ſemiduplicibus, Octauis, Quadrageſima, Quatuor temporibus, & Vigilijs, ſingulo quoque Mercurij die, preterea in Sacriſtię feſtis ad miſſam parari volumus Capellanos tres, videlicet hebdomadarium, & qui Euangelium, & Epiſtolam canit.

In Sacriſtiæ verò Officijs ad Miſſam decantandam paretur hebdomadarius ſolus, Interdum etiam Diaconus, & Subdiaconus, iuxta diſpoſitionem legatorum, & duo cantores in Choro fungantur officio, ſed quilibet eorum pro illa paratura, & officio non amplius quam ſolidum vnum in diſtributione lucretur.



De Ordine celebrandi Missas planas. Cap. XXXIIII.






E qua inter celebraturos oriatur confusio, statuimus, vt qui prius Sacrarium ingressus fuerit, prius paretur, & prius si voluerit exeat ad celebrandum. Canonico tamen semper liceat ante Capellanos egredi, etiam ante ipsum paratos; dummodo id modeste fiat, & ita discretè; vt inter duos Canonicos vnus exeat Capellanus ad celebrandum. Prohibemus etiam in terminis punctorum Chori vltrà Canonicum vnum paratum, plures in sacrario paratos Capellanos prẹter duos, manere. Quod siqui manserint ad Chori distributionem non sunt admittendi, sed pro absentibus habeantur. Et si in ea Ecclesia reperiatur aliquis ex dispēsatione Apostolica, qui duplicem personam substineat, teneatur per se ipsum deseruire, tàm in missis celebrandis, quàm in alijs personę digniori, per substitu-

ſtitutum verò reliquę, vt Eccleſia debitis nõ defraudetur obſequijs ſub pœna amiſſionis lucri contingentis vtrique perſonæ illius diei.

De Miſſarum Celebratione, illarumque diſtributionibus. Cap. XXXV.





Ecernimus etiam quod Prior, & quilibet Canonicus miſſas, quę planę appellantur, in Eccleſia noſtra celebrans in ſolemnitatibus infraſcriptis huiuſmodi accipiat diſtributionem videlicet.

In Die Pentecoſtes.

S. Laurent. Patris noſtri.

In Aſſumptione Beat. Virg.

Sanctorum Coſmæ, & Damiani.

Omnium Sanctorum.

Natiuitatis Domini, &

Reſurrectionis eiuſdem.

In quolibet horum ſeptem dierum maiorum Canonicus celebrans admittatur ad ſolid. 7.

Prior ad duplum, & singulæ misse Natiuitatis singulas habeant distributiones hoc est qui ter celebrauerit, ter admittatur.

In infrascriptis verò diebus, videlicet.

Fer. ij. & iij. Pentec.	*S*. *M*atthiæ Apost.
*S*anctiss. Trinitatis	*S*. Benedicti Abb.
Corporis *C*hristi	Annuntiation. Virg.
S. Barnabæ	*S*. *M*arci Euang.
S. *I*oannis Bapt.	*S*. Luce Euang.
S Petri Apostoli	S. Simonis, & Iudæ
Visitationis Virg.	Omnium defunctorũ
S. Mariæ Magd.	S. Martini Episc.
S. Iacobi Apost.	Præsentationis Virg.
S. Mariæ Niuis	S. Catarine Virg.
Transfigurationis D.	*S*. Reliquiarum
S Sixti Pap. & mart.	S. Andree Apost.
S. *C*oncordie mar.	Conceptionis V. M.
S. Bartolomei	S. Ambrosij Episc.
Natiuitatis Virg.	*S*. Thome Apost.
S. Amati Abb.	*S*. Steph. protomar.
S. *C*rescij mar.	*S*. Ioannis Euang.
S. *M*atthei Apost.	*S*. *I*nnocentium
Dedic. Mich. Arch.	Dom. infrà oct. Nat.
S. Francisci confess.	*S*. *S*iluestri pap.
S. *M*arci pap.	*C*ircumcisio. *D*om.


Epi-

Epiphaniæ
S. Antonij Abbatis
S. Sebaſtiani Mart.
Purificationis Virginis *M*ariæ
Feria ij. & iij. Reſurrectio.
S. Philippi, & *I*acobi Apoſt.
*I*nuentionis S. Crucis
Aſcenſionis Domini, &
*I*n quibuslibet *D*ominicis totius anni.

Admittatur quilibet Canonicus celebrans ad ſoldos quinque pro qualibet vice, & Prior ſimiliter, quod ſiquis ex *C*anonicis, aut etiam Prior ipſe in prędictis diebus alibi quam in noſtra Eccleſia celebrauerit, pęna illi ſit duplicior mulctę quam *C*apellano, Priori vero duplicior quam Canonico. Cęteris autem quibuſcunque diebus liceat cuicunq; ex illis celebrare vbicunq; voluerit deuotionis cauſa, ſed nullatenus pro eleemoſina. Qui ſecus fecerit plectatur ſingulis vicibus pęna prędicta. Non tamen intelligatur hęc prohibitio pro Gubernatoribus Monialium, aut pro rectoribus beneficiorum celebrantibus in eis.

De

De Gubernatione; & Ministerio Ecclesiæ.
Cap. XXXVI.





ORA Competenti iubeat singulis diebus Sacrista Campanã pulsari ipsi diei conuenientem, sed Chorista, quietem imponat, & statim dicantur in Choro Tertia, Sexta, & Nona, cum paruo illo nutu Campanę, qui in principio Nonæ solitus est exiberi ad uocandos Clericos, Deinde cantetur Missa conuentualis tempori competens. Et si celebrãdum fuerit pro mortuis, quando canit Prior, & Canonicus, finita missa conuentuali, cantetur nocturnus currens, & missa pro defunctis. Missa autem Completa dicatur psalmus. Miserere mei, cum suis pręcibus, quando verò fit processio dicatur loco miserere libera me Domine; Quod si missa fuerit absque nocturno, omittatur miserere cũ pręcibus. Post Prandium verò hora competenti cantentur quotidię vesperę, & statim post ipsas

Com-

Completorium, ſed in Quadrageſima ferialibus hora xxij. vt in Eccleſia Cathedrali. Matutinum verò dicatur ſingulis noctibus eadẽ hora; qua in Eccleſia maiori, vel recitando, vel cantando pro vt hactenus factum eſt, & D. Prior, & Choriſta iniunxerint; Cuilibet autem intereſſenti candela detur, vt cum lumine ad cubiculũ reuertatur. Verum Prior Canonici; & Capellani antequam à Choro recedant primam recitent, pro vt hactenus obſeruatum eſt, & ſiquis poſt matutinum recedat diſtributionem primę tantum amittat.

De legiptimis Impedimentis.
Cap. XXXVII.



IMpedimenta quibus noſtræ Eccleſiæ deſeruientes ſi abſuerint excuſari; & pro præſentibus haberi volumus, hęc ſunt. Infirmitas alterutrius Medici, ſiuè Prioris, ſiuè animarum Curatorum vnius teſtimonio approbata, etiam ſi infirmus ſit extra clauſtrum

dum-


dummodo honestè habitet, & honesto loco, nec absit à Ciuitate. Purgatio corporalis, Medicinę sumptio, missio, seù detractio sanguinis: atque omnes Capituli negotijs quibuscunque detenti. Cognitio autem illorum qui ad Chorum admitti volunt prętextu publicorum negotiorum, exceptis Reuerendo D. Priore, Dominis de Cura, Sacrista, & Camerario, pertineat ad Capitulum; excusetur insuper siquis ad tempus in obsequium Reuerendissimi Archiepiscopi, siuè eius Vicarij vocatus fuerit. Qui verò erit in seruitio Serenissimi Magni Ducis nostri nihil obtineat, nisi de licentia Serenissimi Magni Ducis in scriptis obtenta, quem pro sua summa pietate, ac religione confidimus, non nisi ex magna, & vrgenti causa permissurum. Volumus pręterea, vt si Prior, aut quiuis Canonicus senio confectus, aut alias legitime impeditus fuerit adeo vt missis planis nuncupatis, ad quas admittit Sacrista, reddatur impotens, & inhabilis, ad eas admitti possit, si inhabilitas; & impotentia à Capitulo approbabitur. Et vt Sacratissimum Christi Corpus ad infirmos deferendum debito obsequio

vene-

veneretur, Sacerdotes eos, qui post sonum Angelicæ salutationis cum cotta Presbyterum deferentem comitati fuerint, ad illius noctis Matutinum etiam si absuerint admittendos esse statuimus:

De Tabulis in Sacristia appendendis.

Cap. XXXVIII.






T autem in Ecclesia nostra (Quæ Domus Dei est) ritè omnia, & sine confusione procedant, atque vnusquisque, quod sibi officium competat, possit inspicere, tabulam in Sacrario appendi volumus, in qua ad tempus illud quod Choristæ libuerit; atque eius opera diuinorum Officiorum ratio, eorumque qualitas describatur. Duæ item appendantur ibidem à Sacrista manutenendę, in quarum altera scripta sint Prioris, & Canonicorum

nomina iuxtà eorum pręcedentiam, vbi (pro vt moris est) singulis hebdomadibus stilus indicet, quis eorũ currat hebdomadarius; In altera vero eodem ordine nomina Capellanorum, vbi similiter singularum hebdomadum inter eos hebdomadarij. Cantores cæterique altari ministrantes innotescant, nec non exempti, & non currentes, cum missis omnibus, quę à prima vsque ad vltimam ad eos pertinent: Vt vnusquisque sui muneris horam non ignoret. In hac etiam esse poterunt quiescentes. Qui semper erũt in extremis assulis illius ordinis, donec vicissim completo, atque iterato ordine, à capite ad calcem vnusquisque descriptus tam ministrorũ, quàm quiescentiæ particeps fiat. Statuatur etiam Tabula quatuor Capellanorum, qui vocantur de Cura cum duabus assulis albis, vt seruetur numerus, & quiescentia non permutetur. Has autem Tabulas omnes Ministrorum Ecclesię, quãdo opus fuerit, per Priorem, & Camerarios reformari, seù renouari mandamus; Qui pro ipsorum iudicio habita temporum, ac personarum ratione huiuscemodi ministerijs aptiores destinando, minus

nus idoneas ab officio remouebunt. Siqui autem commissa sibi ministeria recusarint, pęnæ subiacere volumus à Priore, & à Camerarijs impositæ, vel imponendæ. Possint tamen ad Capitulum appellare, cui suæ recusationis rationem reddere teneantur.

De Cura Animarum. Cap. XXXIX.




EMO est qui nesciat regimen, curamque omnem animarum, quæ in nostra Parochia sunt, ad D. Priorem tanquam ad totius Laurentiani Collegij caput, secundo loco ad Canonicos tanquam ad huius Ecclesiæ proceres pertinere. Qui suo oneri satis certè fecisse videbuntur, si confessionibus pro tempore audiendis sedulo incumbant. Sed quoniam in tam numerosa plebis, animarumque multitudine pauci sufficere nequeunt, non solum confessionibus, sed etiam reliquis Sacramentis administrandis, id circo volumus, vt quando opus fuerit,

Prior, & duo simul Camerarij ad huiuscemodi curam, regimenque quatuor ex tota huius Collegij familia siuè Capellanos, siuè substitutos deligentes deputent; dummodo non sint Confessores Monialium, quos ad hoc munus aptiores, magisque idoneos; & vitæ integritate, & Christiana eruditione cognouerint; Qui deputati, tàm in Ecclesia nostra, quam foris in tota Parochia tàm de die, quàm de nocte propter infirmos, si oportuerit id muneris diligentissimè exequantur, hoc videlicet ordine, vt qui in Tabula primus, & secundus fuerit octo diebus, hoc est, per hebdomadam seruitio, cureque animarum conuocati fuerint sedulo incumbant, in sequenti verò hebdomada secundus, atque tertius succedendo inseruiant. Sed primus interim quiescat, atque mutuis laboribus; & quieti alter alteri succedat. Quod si numerus infirmorum adeo cresceret, vt duo soli non facerent satis, tertius tunc erit præsidio, atque etiam quartus vrgente necessitate. Horum igitur munus est audire confessiones, cęteraque omnia Ecclesię Sacramenta nostrę plebi Parochię diligenter admini-

ministrare; Pręterea conferre se ad Ecclesiam Cathedralem quoties opus fuerit infra annum, siuè adesse in processionibus, siuè reliquias deferre, quod munus illius exequi intererit, qui tunc in Tabula repertus fuerit ordine esse tertius. Qui vel personaliter hęc munia obeat, vel alicui mandet; qui vices eius suppleat, hac lege; quod si per eum steterit, quominus Ecclesiæ fuerit satisfactum, vt ea mulcta mulctetur, qua Prior, seù Capitulum, vbi talibus Officijs non ad esset, mulctatus, seù mulctandus foret. Hos autem quatuor animarum curę deputatos instar Canonicorum exemptos esse voluimus, hoc est dum Choro adfuerint lucrentur distributiones ordinarias, & extrà ordinarias, si verò non adfuerint non punctentur, sed admittantur semper, vbi domi forisque huiuscemodi curæ operam nauent. Curatus quando erit in hebdomada, non possit interuenire congregationibus extrà nostram Ecclesiam, nec possit relinquere alium, qui in dicta hora congregationis vicem suam exerceat, & suppleat, sub pœna amissionis quiescientię totius hebdomadę


sub-

subsequentis. Sed bene paraturas Chori ad instar Cantorum lucretur. Preterea ex his, qui fuerit quienscens, admittatur per totam hebdomadam ad omnia ordinaria, & extrà, tàm, & si nunquam Choro adfuerit, atque etiam extra Vrbem ierit, dummodo missarum celebrationibus satisfecerit, presertim festis diebus. Hi etiam inter se se possint sibi inuicem quiescientiam commodare, sine detrimento tamen Ecclesiæ, adeo vt quiescens nunquam sit nisi vnus. Eos etiam qui in hebdomada cure fuerint, primos ad mortuaria semper vocari decernimus, post hos vero vocari, ac succedere volumus non reliquos deputatos ad Curam, tanquam de Cura, sed eos Presbyteros, qui iuxtà ordinem Tabule iure suo euocandi succedent.



De

De funeribus Associandis: Cap. XXXX.




QVotiescunque ad mortuaria Capitulum inuitatur, toties proficiscantur clerici omnes, & Capellani, & Canonici nostri simul cum Priore, etiam si eundem fuerit gratis, & sine eleemosina; Si verò eleemosina distribuenda fuerit, inter illos tantum distribuatur, qui cum funere processerunt. Forma vero distribuendi huiusmodi esto. Portionem simplicem accipiat Capellanus, Canonicus duplam, Prior quadruplam, hoc est Canonici duplum. Sacristię Clericis vnica tantum Canonici portio assignetur inter se ipsos diuidenda. Ianitori verò solidi decem, si funus in nostram Ecclesiam venerit, nàm nisi venerit, nulla est Ianitori participatio; Si vero ad funus totum Capitulum non vocabitur, tunc vadat ille numerus Presbyterorũ, qui à defuncti domesticis petitus fuerit, non


tamen

tamen vadant *C*anonici, nequè ſcolæ noſtræ Clerici; *S*ed illi tantum Capellani, quibus id ſecundum Tabulæ ordinem in *S*acrario affixæ competet. Et tunc quidquid eleemoſinę ex illo funere perceptum fuerit; inter ipſos tantum diſtribuetur, qui funus ipſum fuerint proſequuti, ſaluis tamen portionibus Clericorum *S*acrarij, & Ianitoris. *C*andelarum autem, quæ in funeribus dantur, ſeruetur huiuſmodi diſtributio. Officiales Chori videlicet *M*agiſter, Choriſta, *S*acriſta, diſtributor; Et ex animarum curatoribus vnus in hebdomada exiſtens; & primi duo Cantores, *M*iniſter orationis, & Ceremoniarius, & quilibet Canonicus duplam accipiant; *C*apellani ſimplicem portionem, Prior verò duplã Canonici, & Canonicus hebdomadarius, & Cerarius, ſiuè *S*acriſta maior. *S*ed Sacriſtiæ Clerici accipiant ſinguli *C*apellani portionẽ, quas candelas in omnibus funeralibus Sacriſta accendat, & ſic accenſas omnibus diſtribuat. Nec petantur Candelę pro aliquo abſente etiam legitimè impedito, niſi tunc temporis parato ad *M*iſſam celebrandam, aut pro adminiſtrante in noſtra Parochia Sacramenta.

menta. Qui ſecus fecerit, aut qui Candelas omnes acceptas non accenderit, ſiue in diſceſſu ab Eccleſia cum Cruce ad viarum angulos non adfuerit, vel in redeundo Crucem vſque ad Eccleſiam non aſſociauerit, niſi petita; & obtenta licentia à Dom. Priore, vel eo abſente à Camerarijs de illius funeris eleemoſina non participet. Præcipimus etiam ne quis ex Canonicis noſtris; atque etiam ipſe Prior mortuarijs, ſiue exequijs quibuslibet vllo pacto interſit, niſi Capitulariter. Qui verò interfuerit mulctetur pro qualibet vice ſolid. xx. Prior verò duplo, ſed tamen in Congregatione maiori liceat impune omnibus intereſſe.



De Legatis Mortuorum. *Cap. XXXXI.*






VM sæpe sæpius legàtà mortuorum ad pias causas per viuorum auaritiam occultentur; aut per negligentiam omnino pereant, perpetua hac inuiolabili constitutione decernimus, vt quicunque ille fuerit de domo, & familia nostra, siue Prior, siue Canonicus, Capellanus, aut Substitutus, ad cuius aures notitia aliqua, vel ad manus peruenerint ad mortuorum legata quomodocũque pertinentia, in quibus aliquid Iuris com petat Ecclesię nostrę, eadem ipsa, quęcunque fuerint ad Camerarios nostros statim deferat, vel saltem infrà quindecim dies, aliàs, & periurus sit, & distributionibus careat per mensem integrum; Quod item; & Camerarijs contingat, nisi ad Capitulum retulerint, vt testatoris ipsius voluntas ad integrum citius, & facilius exequi possit.

Quid

Quidquid autem ex huiuſcemodi legatis peruenerit, ijs tamen exceptis, quę ſocietati charitatis legantur iuxtà mentem legatoris, inter omnes participantes ad libram, & ſolidum diſtribuantur. Qui ſecus fecerit, in eum à Capitulo animaduertatur.

De Scriba, ſeu Computiſta. Cap. XXXXII.





Onſtituimus etiam, vt cunctis, quę fieri poſſent fraudibus obuiam eatur, codices omnes rationarios, hoc eſt, libros computorum dati, & accepti, atquè etiam expenſi ad noſtri Capituli maſſam pertinentis, per manus cuiuſdam boni viri, qui ſit huius rei peritus, eſſe deſcribendos, cum tolerabili ſalarij conditione à Capitulo euocandus. Cuius officium ſit non minus fideliter, quàm peritè, ac diligenter omnes Capituli prouentus, ac redditus deſcribere, & in codicem referre, nomina omnia (hoc eſt) debita, atque

etiam credita vniuscuiusque notare. Pręterea supputatis omnium rationibus calculum in schedulam apponere, & vbicunque opus fuerit Canonicis, seù Capellanis teneatur suas dati, & accepti rationes vnicuique conficere, atque humaniter ostendere, siquid erroris inuentum fuerit, corrigere; atquę ad veritatem calculi reuocare. Pręterea colligere, supputare, expungére, paria, & solida facere, atque alia id genus, quæ ad bonum, gnauumque ratiocinatorem pertinere solēt. Hic autem teneatur quolibet anno, quando ei ab Operarjs ordinatum fuerit personaliter inuisere præcipua nostri Capituli bona, videlicet Annexa Ecclesię Sanctę Marię de Sancto Montana cum Priore, & Camerarijs, ad minus vnum. Itidem bona, quę Capitulum possidet in agro Romandiolo, & ibi rationem ponere cum villicis, & resta, & computa notare; & subductis rationibus saldare, & cum huiuscemodi computis, & saldis Florentiam reuersus, eidem Capitulo, & Dominis Operarijs omnia patefacere; & exponere debeat per totum mensem Nouembris, & vniuersa huiuscemodi computa DD.

Ope-

Operarijs conſcripta dimittere. Huius Scribæ electio per Capitulum facienda, tum demum robur obtineat, quando à Dominis Operarijs approbetur, quem quotannis Maio menſe à Capitulo modo prędicto confirmandum decernimus, vt niſi officio ſuo probè functus ſit, Capitulum vnà cum Operarijs rebus noſtrę domus conſulens, Scribam aliũ eligat. Qui Scriba, ſeù Computiſta non poſſit transferre partitas de libro diſtributoris in Codicem dati; & accepti abſque approbatione D. Prioris; & Camerariorum; ac etiam teneatur ſemel in anno conficere, vt vulgo dicitur vn Bilancino totius crediti; & debiti vniuſcuiuſque, ac etiam maſſę Capitularis tradendum per totum menſem Aprilis DD. Conſeruatoribus, Priori, & Camerarijs.

Quem quotannis Maio menſe à Capitulo confirmandum decernimus vt niſi officio ſuo probe functus eſſet, Capitulum rebus ſuis conſulens, Scribam alium peritiorem, ac fideliorem in ignaui locum ſubrogare poſſit.

Huic nihil ſtrenarum concedimus pręterquã in feſto S Laurẽtij Carnis Vitulinę lib. ſex. & in Purificatione Virginis Candelam vnam.

De

De Clericorum Magistro. Cap. XXXXIII.





N deligendo Clericorum nostrorum prçceptore multa, ac diligenti cura opus esse censemus, multum enim refert vt pueritia ipsa, quç tanquam quçdam seges est; vnde Ecclesia nostra aliquando sit fructum idoneorum Sacerdotum perceptura, non solum in timore Domini, bonis cum literis, tũ moribus erudiatur; sed etiam à quibus potissimum erudiatur, formetur, & aletur. Proinde statuimus non quemcumque nobis forte obuium eligendum, sed virum omnino bonum, qui, & vitç inculpatç, ac doctrinæ sanç, & bonç conuersationis testimonium habeat. Eligendum igitur in primis ad Sacrum presbyteratus ordinem promotũ esse decernimus, vt probe calleat qualiter, vel quomodo Clerici à teneris instituendi, seù formandi sint, vt grãdiores facti in idoneos, probosque


Sacer-

Sacerdotes moribus , & doctrina preditos euadant. Quod quidem à ludi Magistro, qui sit à Sacerdotio alienus, prestari non potest. Nostræ Scholæ igitur, quę tamquam Seminarium quoddam est, vndè innumerę bonorum Sacerdotum plantæ aliò transferuntur, atque ibidem plurimę coalescunt, semper pręficiemus virum bonum ęque, ac doctum, qui sit habitu, & professione Sacerdos, cuius partes erunt Clericos omnes Ecclesię nostrę gratis in grammaticis erudire, & cantum quem firmum appellant docere quod si nescierit, docendos curet, pręterea vt Clerici minores missis planis aptè deseruiant, grādiusculi verò chori, atque Altaris ministe rio incumbant. Suum quoque erit, indifferenter omnes in officio continere, hortari, allicere, monere, corripere, & castigare. Sed quoniam Magistri stipendia extrahuntur è præbenda cuiusdam Capellaniæ factæ iam amouibilis, idcirco Magister tenetur celebrare sicut cæteri Capellani. Qui si docendo interdum occupatus defuerit, non erit mulcta plectendus. Tenetur etiam quotidie summo mane Missæ, quę de Beata Virg. decantatur,

ratur, ex voto Dominæ Lucretię Tornabonæ de Medicis cum descriptis Clericis interesse. Pręterea cum omni cętu quotidianis Vesperis, sed in festis diebus Missę, Vesperis, & Completorijs; singulis etiam quartis ferijs intersit Missæ, & Vesperis. Funeralibus insuper omnibus capitularibus, & non capitularibus, si illi sorte obuenerit, & lucretur vltra Candelas etiam eleemosinam. Vtatur omnibus coquinæ commodis, sed præter salarium, quod illi à Capitulo constituendum est, distributionum nihil omnino participet: cuius Cameram quæ est iuxtà coquinam, inoptabilem, ac sine taxa esse declaramus Gaudeat stre
nis omnibus, vt cęteri Capellani, & de Congregationibus; & missis planis, quę non soluuntur de massa Capituli; & quę non ponuntur ad Tabulam.

De

De Clericis, & Schola visitanda. Cap. XLIIII.




ET quoniam non facile emergũt, quorum virtutibus obſtat res anguſta domi. Conſtituimus Clericos omnes noſtros gratis (hoc eſt) ſine illorum ſumptibus, grammaticem, & cantum firmum à Prçceptore docendos, atque ex toto Clericorum grege xij. eligendos ætate, moribus, & eruditione aptiores, qui deſcribantur in rotulo, atque ſingulis duarum librarum, & ſolidi decem Florentinç monetç ſalariolum ſingulis menſibus à Queſtore noſtro ſoluatur, vbi verò ex duodeno illo numero aliquem vacare contigerit, alius ex eadem Schola in vacantis locum à Capitulo ſubrogetur. Quorum ſcriptorũ prçcipuè intereſt quotidie ſummo mane cum ludi Magiſtro Miſſam in honorẽ Beatiſſimç Virginis decantare, cui non intereſſentes mulctentur in illius diei lucrum.

Quas mulctas mense exacto inter ipsos *C*lericos diuidendas esse volumus. Tenentur etiam ad ludi Magistri prescriptum missis planis inseruire, nec non Chori, atque Altaris quęcunque ministeria exequi, pro vt cuique in illorum Tabula, altero in locum alterius succedente, contigerit. Eos tamen ab ingressu nostri Claustri vetamus, ac prohibemus, intrà quę siqui sine *M*agistri venia introierint, ab eo vapulēt grauissime; *C*ōstituimus etiā, quoniā Schola Ecclesiæ nostrę dexter oculus esse debet, vt saltem bis in Anno à *R*euer. Priore, & *C*amerarijs visitetur, in ea siquid corruptum, & deprauatum inuenerint, repurgetur, ac denuò reformetur. Clericorum verò siqui discholi, aut *M*agistro contumaces inuenti fuerint, ablegentur. Quibus visitatoribus Clericorum omnium, ac totius *S*cholę negotium curam, castigationem, omnimodamque correptionem iubemus, imponimus, & mandamus, ipsos verò si Scholam, (vt prefertur) visitare neglexerint, vnius mensis distributionibus mulctandos esse declaramus.

De

De Sacristiæ Priorisque Clericis. Cap. XLV.






T autem nostra Ecclesia ministris non careat, in his quę ad politiam pertinent, tres probatæ fidelitatis Clericos, natu grandiores sibi auxiliarios, ad eius nutũ amouendos, Sacristam tenere posse decernimus, quique apti, & idonei sint quibuscunque Sacristijs, & Ecclesię ministerijs exercendis, cum salario pro vt illis, & eorum singulis à Capitulo deputatum fuerit. Horum cura sit Chori sedes mundare, sacras vestes, libros, & alia, quę vsu fuerint diebus singulis adinuenire, Cereos accendere, Choro seruire, Campanas pulsare, & cætera omnia facere, quę eis solita sunt, & Ecclesię necessaria quamquam eis à Sacrista imperatum fuerit; dummodo eorum vnus nunquam è Sacrario discedat; & expletis officijs domi continuo maneat pro parochianorum commoditate, Anima-

rum Curatores die, noctuque ad Sacramenta infirmis præstanda comitentur: Cum habetur Capitulum ad ostium maneant; & hęc omnia inter se per sortes dispertiant, & alius pro alio deseruire possit: Nullius distributionis participent, præterquam in funeribus, in quibus vnam tantum vnius Canonici portionem inter se ęquè diuidendam accipiant. Prima Claustri Camera eis assignetur cum lecto, & supellectili consueta, & coquinę nostrę fruantur commodis; si in officio suo defecerint à Sacrista pro delicti mensura mulctari possint, & indictę mulctę à distributore retineantur. Et vt Reuerendi Prioris nostri dignitati, & commodo consulamus, ei Clericum vnum, eius arbitrio eligēdum, cōcedimus, qui ei prorsus seruiat, pareat, & obediat, forasque egredientem subsequatur. Choro tamen Missis omnibus ferialibus, quę cantantur ministret, primæ missę post matutinum planę recitandę deseruiat, & ad horam Nonam Campanam in solemnibus tantum pulset. Pro seruitutis mercede singulis mensibus ei libræ tres à Distributore numerentur, pro vt antiquitus receptum est.

De


De Officio celebrando in Morte Priorum, Canonicorum, & Capellanorum. Cap. XLVI.





Votiesſcunque Priorem, ſeù aliquem ex Canonicis, & Capellanis, ex hac vita migrare contigerit, ſtatuimus, vt intrà octo dierum ſpatium à die obitus, Sacriſta curet officium vnum mortuorum in Eccleſia noſtra pro anima ipſius defuncti celebrandum cum miſſis. Preterea in officio celebrando in morte Prioris, celebretur ſicuti in Officijs Mediceis, in morte verò Canonici, Cantet Canonicus, & diſtribuatur ſicuti in Officijs Canonicalibus, in morte verò Capellani, cantet Capellanus, & diſtribuatur ſicuti in Officijs ordinarijs, & in omnibus fiat circulus iuxta feretrum, ſeu lectum doloris.

De strenis omnibus. *Cap. XLVII.*





TEM iuxtà veterem, ac laudabilem huius loci consuetudinem statuimus distribuẽdas esse quot annis strenas quasdam infrascriptas.

*I*n Vigilia Pentecostes ad Vesperas cuilibet ex Canonicis libras quatuor, Capellano autem duas.

*I*n Vigilia S. Ioannis Baptistę ad Vesperas cuilibet Canonico quatuor paria Pipionum, siuè libras quatuor, Capellano verò duo, siuè libras duas.

*I*n Vigilia Sancti Laurentij Patris nostri ad Vesperas cuilibet Canonico quatuor paria Pollastrorum, siuè libras quinque, Capellano verò duo, siuè libras duas, & solid. decem.

*I*n Vigilia Sanctorum Cosmę, & Damiani ad Vesperas lances stamneos, Canonico sex, Capellano autem tres.

In

*I*n Vigilia omnium *S*anctorum ad Vesperas cuilibet ex Canonicis candelarum sebacearum de Burgo *S*ancti *S*epulcri libras duodecim, & anseres duos, *C*apellano autem libras sex, & anserem vnum.
*I*n Vigilia Natiuitatis *D*omini Nostri Iesu Christi ad vesperas cuilibet *C*anonico par vnum *C*aponum, siuè libras quinque, *C*apellano dimidium, seù libras duas, & solidos decem.
In Sabato sexagesimę ad vesperas Canonico similiter par vnum *C*aponum, siuè libras quinque *C*apellano dimidium, siuè libras duas, & solidos decem.
Feria quarta Cinerum in benedictione dictarum Cinerum à prima Oratione dictę Benedictionis, vsque ad totam Missam cuilibet Canonico, Olei oenophora octo, Capellano quatuor, Prior verò semper duplum Canonici dari volumus; & Capellano dimidium *C*anonici dictarũ strenarum detur, vt supra. Declarantes ad huiuscemodi supradictas strenas admittendos non esse Priorem, & illos tàm Canonicos, quàm Capellanos, & Substitutos,
qui

qui ipso distributionis die Vesperis vsque ad finem non interfuerint;addentes etiam quod illi,qui non interfuerint *M*issæ feriȩ sextæ maioris hebdomadæ à prima Prophetia,vsque ad finem *M*issæ, non lucrentur consuetam strenam videlicet.

*C*anonicus Panes duodecim ponderis triginta vnciarum pro quolibet pane,& Capellanus sex, & alia munuscula, quȩ illo die dari solent, similiter, qui in *C*erei benedictione in *S*abbato *S*ancto vsque ad finem Missȩ non interfuerint, ouorum distributione careant, videlicet *C*anonicus 144. & Capellanus 72.


*I*tem duobus *C*amerarijs, qui præsunt rebus agendis duplicem vnius Canonici portionem, pro qualibet strena dari volumus, pro vt Priori datur, & libram piperis vnã pro memorijs quarundam actionum à Capituli cõscribendis in Codice recordationum ab eis tenendo, dimidium scilicet eorum cuilibet. Nec non in Vigilia Sancti Laurentij,Priori vitulinȩ carnis libras sex, & totidem Camerarijs ȩquis portionibus inter eos diuidendas, Officialibus

verò

verò tàm ex membro Canonicorũ, quàm Capellanorum ex Canonicis ſcilicet Cerrario, ſeù Sacriſtæ maiori, Archiuiſtæ; & Scribæ partitorum; ex Capellanis autem ſcilicet Choriſtæ, Sacriſtę, & Camerario duplices ſtrenę diſtribuantur.

Item Sacriſtę maiori quem Cerarium appellant, & Canonico illi, cuius partes fuerint Capituli rogationes; ſeù partita deſcribere, vltrà ordinarium detur libra piperis vna, & par vnum Caponum, ſiuè libras quinque, & Choriſtę ſimiliter ſiuè Caponum par vnum, ſiuè libras quinque; Declarantes dictarum ſtrenarum incapaces, atque ad eas omnino non admittendos eſſe, tam Canonicos, quàm Capellanos; ſeù Subſtitutos nouiter receptos, niſi Eccleſiæ noſtræ ſaltem per quatuor menſes à die ſui aduentus deſeruierint.

De Coquo, & Coquina Cap. XLVIII.





EI coquinarię peritum ad Capituli electionē pro totius Laurentianę familiæ vſu communibus Capituli ſumptibus conduci antiquiſſimum, & receptiſſimum eſt. Qui vnicuique noſtrum teneatur, tam ſerò, quàm mane obſonia coquere, & bene gubernare, tum elixam, tum roſtam, aut aſſam carnem cuiuſcunque generis, pro vt his placuerit, qui illi coquendam tradiderint, pilare Capones, pipiones, pollaſtros, omneſque aues, Vaſa figulina, ſeù ſtamnea quęque omnium promiſcue mundare, atque purgare, & aquam aurire; cuius ſtipendium ſingulo quoque anno erogetur vini cadorum 18. frumenti ſextariorum 30. Olei onophrorum 6. libras 84. atque eo magis, & minùs, pro vt cum eo conuentum fuerit. Vaſa omnia Coquinaria ad Coquinę vſum Capituli ſumptibus, lignaque omnia; & ſiquid ſalis in condiendo conſumitur Capituli ſumptibus

com-


comparentur. In Quadragesima autem statuimus, vt eiusdem expensis de more fiant, iura leguminum, benè condita in Prandiũ Prioris Canonicorum, & Capellanorum omnium, & aliorum quibus dari solet, mutatis singulo quoque die leguminibus, aut herbis, sed Sero nihil dandum, nisi domininicis diebus oriza amigdalarum lacte condita; Declarando quod Coqus debet aperire Coquinam à Pascate Resurrectionis, vsque ad Calend. Septemb. in mane hora decima; & claudere hora 16. & in Sero aperire hora 21. & claudere prima hora noctis, & à Calend. Septembris vsque ad Calend. Octobris in mane aperire debeat vna hora cũ dimidio ante tertiã, & claudere vna hora post Salutationem angelicam, & in sero aperiat hora 22. & claudat hora secunda noctis, & à Calend. Octobris, vsque ad Calend. Nouemb. in mane aperiat vna hora cum dimidio antè tertiam, & claudat vna hora post Salutationem angelicam, & in sero aperiat hora 23. & claudat hora noctis tertia, & à Calend. Nouembris vsque ad feriam quartam Cinerum in mane aperiat vna hora cum dimidio

antè Tertiã,& claudat in Vesperis,& in serò aperiat hora 24. & claudat hora noctis 4. & in Quadragesima aperiat vna hora antequã pulsetur *C*ampana ad *C*oncionem, sitque in dicta *C*oquina quam diu opus fuerit, & ferè vsque ad horam 20. nec permittat quemquã extrahere ignem de *C*oquina nisi pro Ecclesia, & *S*acristia, & pro seruitio *C*oncionatoris,ac debeat etiam deferrè ignem in Sacristia pro seruitio Thuribuli quando opus fuerit, teneatur etiam media hora antequam claudat Coquinam dare consuetum signum omnibus cum Campanula. *D*ecernimus etiam in Vigilijs totius anni,Quatuor temporibus, ac in Quadragesima Coquinam nostrã in sero, nulla de causa aperiri debere, nisi in ipsis Vigilijs hiemalibus in quibus bouilla caro alicui coquenda est. Præterea ne cui scandalum porrigatur in Quadragesima carnem ibi nullo modo coquendam aut oua, nisi pro infirmis, siqui fortè egrotauerint, quę infirmitas à *D*.Priore,& Curaiolis cognoscatur. Siquis verò benè se habuerit, siue Prior,*C*anonicus, aut Capellanus, carnemque ibi hoc tempore coxerit, hunc pro qualibet vice vnius mensis

distri-

distributionibus priuatum volumus, ac declaramus.

De Ianitore. Cap. XLVIIII.





Anitoris à Capitulo eligendi Officium est, vt nomen indicat, ianuam probe custodire, & asseruare, aperire, & claudere, tum siquis aliquem Curatorum Sacramenti causa presertim noctis tempore è Ianua quæsierit ipsum, illicò accersere, & euocare. Ecclesiæ nostræ pauimentum bis in Ebdomada post Missas, atque etiam ipsa claustra omnia semel verrere, & ab immundo puluere emundare, Follibus ad inflanda organa ministrare, ac etiam lampades accendere, & mundare. Pyram seù Capannullam in funeribus erigere. Cui ex eleemosina cum funus ad Ecclesiam nostram venerit solidi decem dandi sunt, alioquin nihil. Et quoniam claudendi hora in sero, pro vt tempora exegerint, varianda est, hoc ad arbitrium Domini

mini Prioris, & Camerariorum pro tempore existentium penitus deferatur, ne fortè per totam noctem externis hominibus, & fortasse etiam furibus patentes, & apertę remaneant. Eius autem stipendium ad libitum Capituli esse decernimus statuendum.

De Vespillonibus. Cap. L.







Cclesię nostrę Vespillonum sicut Ianitoris, & Coqui omnimodam electionem ad Capitulum spectare receptum est. Qui tamen in pertinentibus ad eorum officium Sacristæ pręcipuè pareant. Hos ad defunctorum affinibus modestè eleemosinã petere posse decernimus iuxtà pręscriptum Grascię, siuè Artis Aromatariorum. *M*andamus etiam, vt gratis, & sine prætio seruiant pauperum, atque inopum funeribus, & quotiescunque Capitulum, siue illius quota pars gratis, & Amore Dei progreditur, similiter & ipsi faciant; teneantur etiam, & debeant ad

minus ſemel in menſe verrere, & mundare inferiorem Eccleſiam, in qua Cõmuniter Cadauera ſepeliuntur, ac etiam teneantur ſcamna in Eccleſia ad audiendas conciones cõmodare, ſuoque tempore amouere. Recuſantes verò, ſeù importunam eleemoſinam extorquentes, illico dimittendos: delendoſque, atque pro dimiſſis, ac deletis haberi conſtituimus.

De Mulctis, ſeù Pœnis omnibus. Cap. LI.





VI Collegij noſtri conſtitutiones hactenus factas, ſiuè olim faciendas, ſe inuiolabiliter obſeruaturum iurare neglexerit, ſiue Prior, ſiuè Canonicus, aut Capellanus in noſtra Eccleſia nullatenus recipiatur, & poſſeſſio illi penitus denegetur, donec illas iurauerit, ac priuetur omnibus Coquinę commodis, ac domus, quę illi competit.

Acce-

Accedentes ad horarias prçces, cçteraque Ecclesiastica officia, siuè ad Missę sacrum decantandum, siuè ad processiones; & funeralia Canonici sine habitu, & Capellani sine almutio, & cotta alba super induta, decenti, ac talari veste, atque tonsura, in Choro solito more Canonici non admittantur, & Capellani puntentur, at in processionibus, & funeralibus nulli admittantur.

Prior, seù Canonici, & Capellani statis quibusdam diebus extrà nostram Ecclesiam celebrantes Missas, quę planę appellantur, mulctandi sunt, vt dicitur in Capitulo de celebratione Missarum.

Siquis nostrũ verbis probrosis, criminosis, vel cõtumeliosis quempiã ex nostris prouocàuerit, iniuriaq; affecerit corã testibus illico, vnius mensis distributionibus priuatus sit. Prior verò xv. dierum. Declarantes eidem mulctę Capellanos etiam subesse quotiescunque in hanc male conuiciandi foueã insolenter inciderint inter se ipsos; cõtra verò Piorẽ, seu Canonicũ insurgẽs puniatur arbitrio Capituli iuxta delicti mẽsurã.

Si

Si verò conuicium publice factum fuerit, siuè in Capitulo dum Collegij negotia pertractantur, siue in Sacristia, siuè in Choro dũ diuina celebrantur Officia, scandalumque pepererit, deliquentem duorum mensium distributionibus carere mandamus.
Siquis Canonicus, atque etiam Prior secreta, aut negotia Capituli, nec non habita colloquia in Capitulo reuelauerit, duorum mensium distributionibus careat, & per totidem menses nullis Capituli sessionibus, ac deliberationibus interesse possit.
Si quis dum diuina celebrantur Officia cum habitu seù cotta sursum, ac deorsum per ecclesiam deambulauerit, omnibus illius diei distributionibus priuatus sit, & vlterius pro deambulantis pertinacia, & obstinatione à Capitulo puniatur.
Capellanorum à Missarum celebratione cessantium diebus omnibus Paschatis omniũ Sanctorum Sancti Laurentij, & Assumptionis Beatæ Marię Virginis pęna sit pro qualibet vice librarum duarum, diebus solemnibus libræ vnius, diebus dominicalibus sol. 1.3. 4. diebus autem duplicibus, semiduplicibus,
 & se-

& ferialibus solid. quinque. Omnes autem predictę pęnę vsque in duplum extendi possint de mandato Prioris, & Curatorū secundum scandali quantitatem, quod ex eo defectu prouenisset. Crescat autem vnaqueque illarum die suo tantum, & nō aliter: nolumus enim quod pęna solemnis transeat inferialem, & è conuerso.

Siquis statis quibusdam diebus Choro non interfuerit earum strenarum particeps nō esto, vt dicitur in Cap. de strenis.

Item monemus, atque omnes hortamur in Domino, vt in Claustro nostro, eiusque domibus ab omni ludo à iure prohibito penitus abstineant.

Siquis verò non abstinuerit pęnam pro qualibet vice distributionum eius mensis incurrisse declaramus, quam pecunię mulctam transgressoribus à Distributore nostro in soluendis distributionibus retineri, & ad Quęstorem pauperum numerari mandamus.

Siquis nouus Prior, aut Canonicus pro coemendis Sacristiæ Pluuialibus librarum sibi tangentium numerum soluere neglexerit,

licet

licet Choro interſit, tamen cunctis careat diſtributionibus, donec, vel vniuerſam pecuniam perſoluerit, vel cum Capitulo pactionem fecerit; Contumaces verò, & qui Chorum non exercēt nihilominus apud Ordinarium cogantur, & compellantur, donec Sacriſtię noſtræ penitus ſatisfecerint; Teneantur etiam noui Canonici ſolum ſoluere Maſſę libras quadraginta duas pro taxa noui habitus.

Siquis contra Priorem, & Camerarios temerè inſurrexerit, aut vllo modo contumelioſus fuerit, vnius menſis careat diſtributionibus, & vlterius pro contumeliæ menſura à Capitulo puniatur.

Si vniuerſitas Capellanorum vllo vnquam tempore prętēderet, quod Deus auertat, Capitula, & Conſtitutiones iſtas in Spiritualibus rebus non obſeruari, recurſus habeat ad Ordinarium; at expenſę, ſeu alimenta litis à Capitulo eidem vniuerſitati tradantur iuxtà Iudicis taxationem, ſecus verò ſi aliquis Capellanus pro cauſa particulari hoc intentaſſet, vel ſi vniuerſitas cauſam ipſam, tanquam propriam ſibi

assumerit in quo casu non possint prætendere alimenta litis.

Siquis a bonis moribus discedens, vitam inhonestam ducens: Et pro Claustro religiosorum lupanar fecerit lasciuientium, videlicet; Scorta intrà claustri septa ducens, aut eiùs causa eo aduenerint, si titularis fuerit, ipso facto priuatus esse intelligatur sex mensium distributionibus; si verò substitutus expellatur.

Siquis cõtrà Choristam, seù Sacristam in his, quę ad exequutionem sui Officij pertinent, iure, vel iniuria insurrexerit, aut quouis modo contumax, & contumeliosus fuerit, vno mense distributionibus vacet, & vlterius iuxtà delictũ à Capitul. puniatur.

Sacristam si fortè paramenta, aut drappellones sine expressa Prioris, & Canonicorum licentia alicui commodauerit, pro qualibet vice pęnam librarum quinque incurrisse declaramus, illi per distributorem ex suis distributionibus retinendarum.

Quilibet distributor, qui suę administrationis infrà mensem ab officio deposito non red

diderit rationem, priuatus ſit cunctis diſtributionibus, & omnibus Eccleſiæ noſtræ commodis, donec illam reddiderit, atque omne debitum, ſi illi eſt, diſſoluerit. Quilibet etiam Cerarius huic Conſtitutioni ſubditus eſto.

Iſta nobis viſa ſunt pro Dei Optimi Maximi cultu, ac tranquillitate, & pace totius Familiæ noſtrę in lucem edenda. Idcirco humiliter, & deuotè Glorioſiſsimum Patrem, & Protectorem noſtrum Laurentium deprecamur, vt à Deo, à quo bona cuncta procedunt, eorum obſeruantiam Nos filios, & Alumnos ſuos impetrare dignetur.



LEXANDER Martius Medices Dei, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia, Archiepiſcopus Florentinus, Admodum Reuererēdis DD. Priori, Canonicis, & Capitulo Inſignis Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Laurentij Ciuitatis Florentiæ, omnibuſque alijs, & ſingulis, quos præſens tangit negotium, ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum.

Salu-

Salutem in Domino, qui est nostra omnium vera salus; Notum Vobis facimus per præsentes, qualiter pro parte vestra requisiti, visis lectis, consideratis, atque perpensis Constitutionibus per Vos legitimè, & nouiter factis, & in præsenti, & alijs octuaginta quatuor præcedētibus papireis cartis descriptis, & omnibus in eis consideratis, eas, & omnia, & singula in eis contenta, accedente etiam ad hoc Consensu, & Voluntate Serenissimi Cosmi Secundi Magni Etruriæ Ducis eiusdem Ecclesiæ Patroni, auctoritatè nostra Ordinaria approbauimus, & confirmauimus, prout tenore presentium approbamus, & confirmamus, & Decretum interponimus. Et pro earum firmiori robore ex nostro mero Officio, ac motu proprio Vobis, & Vestrum cuilibet mandamus, quatenus eas, & omnia, & singula in eis contenta, prout ad vos tàm coniunctim, quàm diuisim pertinet, sub pœnis in eis respectiuè cōtentis, perpetuis futuris tēporibus inuiolabiliter seruetis, & seruari faciatis. Datum Florentiæ in nostro Archiepiscopali Palatio An. Dominicæ Incar

natio-


nationis millesimo sexcentesimo decimo septimo, Inditione xv. Diè verò vigesima mensis Augusti, Pontificatus Sãctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D. Pauli Diuina Prouidentia Papæ Quinti anno xiij. & Serenissimo Cosmo Secundo Magno Etruriæ Duce Fœliciter Dominante.

Alexander Martius Medices Archiepiscopus Florentinus.

Iosephus Barnius Cancell.



Florence. San Lorenzo (Church)
Constitvtiones insignis


UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 16 14 23 03 008 4